... Quia
nō enim nos elegerim
mus. Sed ipse ...
dilexit nos et posuit
nos ut fructum af
feramus. hoc est ...
lucem diligamus.
Quem fructum illo
afferre nō possumus
... ſine eo

de fructu meo ...
mandavis. Hec ma
uobis odit. ſcito
me priorem uobis
habuit. Cur ergo
mundum ſupra ...
... Semus
in corpore. ſi non
... mundi ...
cū opere. Lu. lec. ...

LIBER QVARTVS.

# CONTINENS EPITAPHIA, QVAE VVITEBERGAE IN CAMPO SANCTO VISVNTVR.

Collectus à

BALTHASARE MENCIO.

*Proſequimur mœſtis aliorum funera Muſis:*
*Forſan erit noſtræ nulla querela necis.*



MAGDEBVRGI,

Excudebat *Andreas Seydner, Impenſis Ambroſij Kirchneri. Anno 1604.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0003-1

# Pelicanus Menciorum.



*NAturam huic tribuo ſimul ac inſignia genti,*
*Mencia ab antiqua, quæ venit orta domo.*
*Nempe meum vt fodio pectus, pulliſq; repoſti*
*Quicquid ineſt, Cupio participare meis:*
*Sic illi quodcunq; boni, quodcunq; ſacrati,*
*Arte vel ingenio, pectoribuſq; gerunt:*
*Promto animo rurſum cunctis in aperta recludunt.*
*Obſita nec tenebris dira latere ſinunt.*

*M. Chriſtoph. Cornberger*
*Onoldinus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0004-6

# REVERENDIS VIRIS, DOCTRINA, PIETATE ET FIDE PRAEſtantibus, Dn: Felici Veſelio, Philoſophiæ Magiſtro, & Eccleſiæ Znoimenſis ſuperattendenti, & Dn: Balthaſari Lyræ, Dreſcovvicenſis Eccleſiæ in Morauia paſtori, nec non ingenuis & piis adoleſcentibus Balthaſari & Conſtantino Menciis, patruelibus, eorumq; fratribus, Dn: affini & nepotib. ſuis reuerenter & (officioſè) colendis.

S. D.

*MOs per vetuſtus eſt, inde à primis parentibus ad nos deriuatus, Epitaphijs, ſtatuis, alijsq;*

*id genus monumentis ſepulchra defunctorum condecorare. Hinc in Geneſi legimus, Iacobum Patriarcham coniugi dilectiſsimæ Rachaeli, quam pariendi laboribus extinctam non procul ab Ephrata amiſerat, non tantum funus feciſſe magna cum pompa & luctu, verum etiam ſupra ſepulchrum eius ſtatuam collocaſſe, defunctæ monumentum, quæ Moyſis adhuc ætate extiterit.*

*Quem locum Geneſeos enarrans Reuerendus pater D. Martinus Lutherus, inter alia ſic ſcribit: Patres magnificè ornaruut ſepulchra, non abiecerunt mortuos tanquam cadauera beſtiarum, ſed ſtatuerunt eis monumenta in perpetuam & immortalem memoriam illorum, vt eſſent teſtimonia reſurrectionis, quam credebant &*

*expectabant. Ad hunc finem erectæ ſunt ſtatuæ, vt exemplo Patrum præſentem negligere vitam & contemnere diſcamus, propter alteram meliorem vitam. Deinde vt freti promiſſione hac, æquiore animo toleremus voluntatem Dei. Quid poſſunt Diabolus & Turcæ ſi etiam vitam eripiunt? Si enim credimus, quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & Deus eos qui obdormierunt per Ieſum adducet cum eo, 1. Theſſ. 4. Hactenus Lutherus.*

*Ex his Lutheri verbis tres præcipuè cauſas colligimus, quibus ad habendum honorem ſepulchris mortuorum Patres adducti ſunt.*

*Earum vna eſt, vt memoria defunctorum conſeruaretur. Eſſet enim perquam inciuile, nedum pium, eorum, quos in vita charos habuiſſemus,*

*mortuorum memoriam ſtatim deponere, & velut lethæa obliuione ſepelire. Præſertim ſi quis meritis in Eccleſiam & Rempub. ſingularibus conſpicui fuerunt, vt in eorum exempla intuens poſteritas, magna inde adiumenta petere poßit ad virtutis ſtudium.*

*Altera cauſa eſt, vt eſſent teſtimonia Reſurrectionis. Quia enim ſciebant & credebant ſancti patres* θεοδίδακτοι, *eos qui in Domino diem ſupremum obijſſent non ſemper in ſepulchris manſuros, ſed ad alteram & meliorem vitam, quæ ſola vita nominanda eſt, è puluere terræ, cum canet extremū buccina clara diem, reuicturos eſſe: ideo non abiecerunt mortuos tanquā cadauera beſtiarum, ſed piè & religioſè terræ mandarunt, eisq́ monumenta ſtatuerunt, quæ inter cætera etiam indicia & teſtimo-*

nia eſſent veri & non ſimulati amoris, quo eoſdem adhuc ſuperſtites & in hac ærumnoſa vita verſantes cõplexi fuiſſent, tanquam cohæredes vitæ æternæ.

Poſtrema eſt, vt reſpicientes in illorum exempla, qui freti promiſsione de ſecutura reſurrectione noſtrorum corporum, piè placideq́; in Domino obdormierunt, æquiore animo & nos, cum aduenerit hora illa ineuitabilis, ex hac vita diſcedamus.

Verè autem magna res eſt, & diu diſcenda, cum libuerit Deo ex huius vitæ ſtatione nos vocare ad obedientiã mente placida & læta præſtandam paratã eſſe, vt cũ Apoſtolo Paulo dicere poſsis: ἐπιθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι. Item ſiue viuimus, Domino viuimus: Siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus.

*Sed quorſum hæc, inquies? Eo nimirum, vt oſtendam bono & laudabili exemplo fieri, quod hodieq́; defunctis Epitaphia, ſtatuæ & alia monumenta collocantur; qualia, ſi vſquam alibi, certè in hac vrbe, dulciſsimo Muſarum domicilio & purioris religionis ſede, quam plurima reperiuntur.*

*Hæc autem Epitaphia cum mediocri fide & diligentia, addo & labore ac temporis diſpendio, ipſe exſcripſiſſem & collegiſſem: & ſuperioribus libris, alijs alios patronos quæſiuiſsem quorum in me extant beneficia: Viſum fuit, hunc quartum & poſtremum librum ad vos transferre. Idq́; eò feci libentius, quod huic quarto libro velut epiſagma adiunxi ſyllogen Epitaphiorum, quæ noſtris parentibus, fratribus,*

*tribus, ſororibus, eorumq́; libris dulciſsimis, propinquis & amicis, diuerſo tempore & occaſione ſcripta ſunt. Hi enim cum in vicinia, adeoq́; territorio agri VVitebergenſis vixerint, & animam Deo pleriq; reddiderint: nihil, quod magnopere reprehendendum eſſet, me facturum arbitrabar, ſi communicatis cum beneuolo lectore hiſce epitaphijs, & memoriæ meorum ad poſteritatem conſulerem, & filialem ſimul ac fraternam amoris affectionem etiam erga demortuos hoc qualicunq́; pietatis officio declararem.*

*Magna enim vis eſt amoris, quo Deus pro ſua ineffabili ſapientia & bonitate parentes & liberos, adeoq́; omnem cognatum ſanguinem deuinxit,*

 vt

*vt verè & dulciſsimè Nazianzenus cecinit:*

φίλτρῳ γὰρ συνέδησε θεὸς τοκέας τε γονοῦς τε, μνησαμένοις τοκεῶν τόδε φάρμακον, ὥστε βαρείας κουφοτάτοισι πόνοις ἐλαφρίζωσιν ἀνίας.

*Neq; tamen quicquam mihi acerbius fuit, verſanti in colligendis his epitaphijs noſtrorum, quam recordatio ſuauiſsimi fratris IOHANNIS: qui cum coadiutor patris P. M. BALTHASARIS MENCII annis octo, paſtor verò annis tredecim Eckmansdorffianam Eccleſiam miniſterio verbi diuini fideliter rexiſſet: Anno M.D.XCVIII. die IX. Maij ex hac ærumnarum valle ad beatam conſuetudinem Chriſti & Eccleſiæ cæleſtis euocatus eſt, relictis octo liberis ſuperſtitibus, quorum natu minimus adhuc lactens ab vberibus matris*

tris

*tris pendebat. Hoc præpropero & immaturo dulciſsimi fratris obitu certè non exiguum vulnus cordi meo inflictum eſt.*

*Quod enim M. Cicero in quadam ad Seruium Sulpitium epiſtola, poſt obitum Tulliæ filiæ ſuæ ſuauiſsimæ ſcribit: Habebam quo confugerem, vbi conquieſcerem, cuius in ſermone & ſuauitate omnes curas doloresq́ deponerem: Nunc autem hoc tam graui vulnere, etiam illa, quæ conſenuiſſe videbantur, recrudeſcunt: idipſum & mihi omnino accidiſſe hoc triſti caſu, libenter & ingenuè fateor: Vt verè cum illo Neapolitano, meæ quoq; vitæ condimenta appellare poſſim, laborem, dolorem, ægritudinem, luctus, & mihi chariſsimorum ſepulturam.*

ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι ζώειν ἀχνυμένους.

*Sed Conſolatur me, quod Deo conſcio & volente, qui etiam pilos capitis noſtri omnes numerauit, hæc facta ſunt, cuius diuinæ voluntati, vt optimæ & citra controuerſiam iuſtiſsimæ, acquieſcere nos decet. Iuxta voluntatem enim ſuam facit, tam in virtutibus cœli, quam in habitatoribus terræ: & non eſt qui prohibeat manum eius, & dicat ei, quid feciſti? Dan. 4.*

*Maximè vero omnium me ſolatur quod in pia & ardenti inuocatione filij Dei* ἀρχιποιμένος, *accepta paulò ante ſacra Euchariſtia, tanquam futuræ peregrinationis viatico, & omnibus ſenſibus vsq; ad extremum vitæ habitum integris, frater meus non tam deceſsit, quam obdormiuit: ex hiſce in-*

*gentibus huius calamitoſæ vitæ miſerijs in cœleſtem Paradiſum translatus, vbi cum omnibus ſanctis Angelis ac beatis animis ipſius Dei lætiſsimo aſpectu ſine fine fruitur, & ante thronum & in conſpectu Agni, cum innumerabilibus turbis ex omnibus gentibus & tribubus collectis ſtans amictus ſtola alba, & palmam manu tenens, alta & lætiſsima voce Deo conditori & Saluatori ſuo ſuauiſsimas laudes perpetuo decantat, Apoc. 7.*

*Has & plnres alias conſolationes, quæ etiam vobis non ignotæ ſunt, cum mihi ſubijcio, æquiore animo hunc acerbiſsimum caſum tolero. Deplorandi enim illi ſunt in morte, quos miſeros infernus ex hac vita recipit: non quos cœleſtis aula lætificando includit, vt ait D. Bernhardus. Benè & feliciter*

in Chriſto valete: & munuſculum hoc chartaceum, quod cupio eſſe mei erga vos ſtudij & propenſiſſimæ voluntatis qualecunq; indicium & μνημόσυνον, boni æquiq; conſulite.

Ex Illuſtri VViteberga anno Chriſti Dei & Virginis Filij, M. D C. IIII. Die XX. Aprilis, quo Nimeci in Elect. Sax. natus & nouum ætatis annum ingreſſus ſum, qui vt mihi ſit felix & fauſtus faciat Filius Dei.

Balthaſar Mencius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0017-8

# LIBER QVARTVS.

## CONTINENS EPITAPHIA, quæ in Campo ſancto reperiuntur.

COEmeterium, quem Dei Agrum & campũ ſanctum appellant, ſitum eſt extra portam Eliſtram, 546. paſſuum intermiſſo ab vrbe ſpacio, verſus orientem: communiturq́; à ſeptentrione & oriente muro lateritio mediocris altitudinis, à meridie foſſa aquæ plena, ab occaſu alia item foſſa & ſepe, Epitaphiis multisq́; arbori-

bus frugiferis circumveſtitum. Qua autem parte ingreſſus patet, offert ſe ſtatim Ptochodochium, alendis ſuſtentandisq; pauperibus & valetudinariis ſenibus deſtinatum.

Cæterùm ante bellum, quod anno 1546. gerebatur inter Imp. Carolum V. & Iohan. Fridericum Ducem Saxoniæ Electorem, ſacellum ibidem fuit, Spiritus ſancti indigitatum nomine, quod deſtrui curauit Elector Iohan. Fridericus, lapidibus in ſubſidium muri oppidani vſurpatis. Idemq; factum ſacello S. Annæ in monte Apollinis, & item alteri Sacello à D. Auguſtino nomen habenti ad portam Elyſtram vbi nunc eſt Collegium Auguſti. Nam cũ antea longius exporrigeretur oppidum, verſus ortũ, eoq; ad munitionem minus eſſet idoneum (vt commodius vallo foſſaq; includi & circummuniri poſſet) deſtructis Sacello hoc & aliis quibuſdã ædificiis, aliquantò breuius eſt factum.

Tem-

Templum verò S. Franciſci in granarium, & ædicula S. Antonii in domũ habitationis conuertebatur, ſicut hodieq́; poſt Collegium Iuriſconſultorum in horto quodam conſpicitur.

Ita VVitebcrga noſtra quatuor in vniuerſum Templa, & Sacella duo habuit antiquitus: fuitq́; Templum Cathedrale, quod nunc Templum arcis dicimus, omnibus Sanctis: Parochiale verò Mariæ virgini dedicatum & conſecratum.

Sed nec illud prætereũdum, quod anno eodem, qui erat à Chriſti natiuitate ſupra ſeſqui milleſimum, ſextus & quadrageſimus, circa S. Martini, iuſſu Capitaneorum ſuburbia exuſta ſunt, omneſq́; vrbi propinquiores arbores & ſepes exciſæ (quarum è numero fuit & ſepes Agro Dei obducta. Nam ante bellum non murum, ſed ſepem tantum habeat) vt nullus hoſtibus occultandis inſidiis vè ſtruendis locus eſſet.

Ab eo tempore ſtella veneris ſeu Lucifer tota hyeme non viſus eſt oriri, & Sol aliquot diebus ante & poſt prælium, in quo captus eſt Elector Iohan. Fridericus colore ſanguineo fulſit, ita vt quidam vir doctos in Luſitania exclamarit, vt olim Ieſuita Luſitanus Romæ mihi retulit.

*Vir pius ah patitur, magno in diſcrimine verſans,*
*Cui Rector mundi condolet ipſe Deus.*

Fürwar fürwar ein frommer Mann/
Muß jetzt in groſſen Nöthen ſtan/
Dieweil der HErr der gantzen Welt/
Mit jhm ſo ſteiff mitleyden helt.

Quod autem Sacella, ſuburbia, horti, arbores, ſepes deniq; vrbi vicinæ, remota ſunt & exuſta, eius rei Capitanei hanc reddiderũt rationem, ne ſcilicet hæ res hoſti receptando munitionibuſq; excitandis commodarent, & liberior ex vrbe, eiuſquè propugnaculis quaquauerſum proſpectus eſſet.

Ita tota vrbs VVitebergenſis igne tum circumcirca reſplenduit, maximè omnium verſus occaſum. Poſtridie verò (erat is dies Mercurii) cũ ad concionem iretur hora octaua, Sol oriens quam blandiſsimum ſpargebat iubar, accedente ſimul & pluuia tenuiuſcula & inde adeò formoſa, vt D. Pomeranus ſcribat, ſe toto vitæ tempore non vidiſſe formoſiorem, verſus eam ipſam cœli plagam, vbi nocte præterita ignis omnium maxime graſſatus fuerat.

Hoc ita interprætati ſunt viri ſapientes, fore, vt ciuitas acerba quædam pati prius cogeretur, quam gratia cæleſtis iride ſignificata iterum affulgeret. Quod & factum eſt.

Nam cum Elector Iohan. Fridericus in Bauaria caſtra Cæſari oppoſita haberet, interim Ferdinandus Cæſaris frater, ex Pannoniis atq; Bohemia militem euocauit. Conductis ergo copiis, quum iam finibus egrederentur,

tur, Sebaſtianus VVeitemullus, ductor exercitus, ad xx. Octobris diem, miſſis literis, bellum Saxoniæ ducis populo denunciat, & in Electoris agrum irruit: cædibus, dirreptionibus, incendiis atq; libidinibus graſſatur.

Hi tumultus à Ferdinando excitati anſam præbuerunt Electori Iohan. Friderico, ex Bauaria, vbi tota æſtate caſtra habuerat Cæſari oppoſita, redeundi domũ. Cæſar verò ſub initium veris ſubſecutus, cum quo & Ferdinandus cum duobus filiis & Sabaudiæ ducis filio, Dux Mauritius & Guilielmus Cliuenſium Princeps ſeſe conjunxerant, traiecto, per Albis alueum exercitu, & prælio ad Mulbergam commiſſo, Electorẽ fortiter pugnantem acie vicit & cepit.

Eo autem capto rectà ad VVitebergam contẽdens (in ea autẽ, præter validiſsimum præſidiũ ſepties mille militũ, erant. Electoris coniunx Sibylla cũ duobus filiis Iohanne VVilhelmo & Io-

& Iohanne Friderico III. & frater Electoris Iohannes Erneſtus:) vrbē ſpontanea deditione idq́; de cōſilio & volūtate captiui Principis, ſtatim obtinuit.

Moderatè autem egit Cæſar victor, vt omnia diuinitus gubernari facilè appareret. Nam ingreſſus oppidum VVitebergam non tantum clementiſſimè ſalutauit coniugem Electoris, eamq́; bono animo eſſe iuſsit, verum etiam oppidanis veræ religionis exercitium, omniaq́; iura & ſtatuta politica libera inuiolataq́; reliquit.

His verò ad hunc modum tranſactis, cum pax tandem hiſce regionibus reſtituta eſſet, Mauritio Duce Saxoniæ ad Electoratum beneficio Cæſaris euecto, ſuburbia, quæ dixi ante bellum exuſta fuiſſe, reædificata ſunt & Dei Ager muro circundatus eſt. Hic murus, ſicut & ipſe Ager, multis Epitaphiis & monumentis exornatus eſt, quorum nunc quædam recenſebo.

I.

## Eliſabethæ Lutheri.

HIC DORMIT ELISABETH FILIOLA M. LVTHERI, ANNO M. D. XXVIII. III. AVGVSTI.

In medio cœmeterio ad murum aquilonarem lapidi inciſum, legitur.

II.

## Georgij Melanthonis.

*HIc poſuit nati mœſtus pater oſſa Melanchton.*
*Vt animam ſerues, te bone Chriſte, rogat.*
*An. M. D. XXIX.*

Ad pedes Eliſabethæ Lutheri lapidi quadrato inſculptum habetur.

III.

## Friderici Ionæ.

*Anno Domini XXIX. ætat. 11.*

*FIlius hoc ſaxo tegitur Fridericus Ionæ*
*Mens latet in Chriſti non moritura ſinu.*

Ad dextram Melanthonis.

IIII.

## Viti Amerbachij.

*VItus Amerbachius, viti chariſsima proles*
*Hic iacet exigua contumulatus humo.*

*Natus*

*Natus eſt 4. Cal. Aug. An. Dn. M. D.*
*XXXIV. Deceßit 5. Cal. Mart.*
*An. Dom. M. D. XXXVI.*

Ad pedes Melanthonis verſus ſiniſtram viſitur.

V.

## Magdalena Lutheri,

*Dormio cum ſanctis hic Magdalena Lutheri*
*Filia & in ſtrato tuta quieſco meo.*
*Die Sept. 20. An. 1542. ætatis*
*ſuæ 14.*

Ad caput ſororis Magdalenæ lapidi virgineo habitu imago inciſa conſpicitur.

VI.

## Martini Hegij.

*Hic Hegij tumulus Martini continet oſſa*
*Libera cui Friſiæ patria terra fuit.*
*Doctrinæ ſtudijs, clarus virtute fideq́;*
*Commendat moriens ſe tibi gnate Dei.*
*An. M. D. XLIIII.*

Ad dextram Lutheranorum.

VII.

Ioannis Sartorij.

IOhannes Sartorius filius Ludolphi Schroders Luneburgenſis deceſſit Anno ætatis ſuæ 16. Anno Domini 1544. 1. Auguſti.

Non eſt voluntas patris cæleſtis, vt pereat vnus de paruulis iſtis, Matth. 18.

Iuxta Hegii dextrum latus.

VIII.

Chriſtophori Meltvvizij

HOc pia Melvvicio poſuit poſt funera ſaxum
Mæſta viro coniunx pignora mæſta patri.
Nec modo cum liberis vxor caſtiſſima luget
Sed quoq; Leucorei plurima turba gregis.
Sedulus in primis cœlleſtia iuſſa curabat.
Confeſſus verbum pectore & ore Dei.
Integer in vita pius & virtutis amator
Sincerus iuſtus, ſemper & æquus erat.
Deniq; cuncta virum decorabant nomina laudum
Quæ bonus in vita ciuis habere poteſt.
At nunc ereptus curis & carcere carnis
Ætherea præſens cernit in arce Deum.

Deceſſit

*Deceſsit Chriſtophorus Melvvitz anno ſalutis 1551. 6. Calend. Ianuarij.*

Prope murum dirimens in medio portam & Lutheranos noctuam inciſum habet.

IX.

## Vrſula Hartungs.

Hiob. XIX.

ICh weiß daß mein Erlöſer lebet / vnnd er wird mich hernach auß der Erden aufferwecken / vnnd werde darnach mit dieſer meiner Haut vmbgeben werden / vnd werde in meinem Fleiſch Gott ſehen/denſelben werde ich mir ſehen vnd meine Augen werden jhn ſchawen vnnd kein Frembder.

Rom. 8.

Wer wil die Außerwehlten Gottes

tes beſchüldigen? Gott iſt hie / der da gerecht macht. Wer wil verdammen? Chriſtus iſt hie / der geſtorben iſt / Ja viel mehr / der auch auffetweckt iſt / welcher tſt zur rechten Gottes vnd vertrit vns.

*Anno M. D. LIIII.* am Sonnabend nach Michaelis iſt Vrſula Andreas Hartungs eheliche Haußfraw in Gott gnediglich entſchlaffen vnd liegt alhier mit 7. Kindern begraben.

Stehet in der Mawr hinter dem Thor.

X.

## Matthiæ Iegeri.

*HAc ego Matthias condor Iegerus in vrna,*
*Qua mihi poſt vitæ tempora, parta quies.*
*Si quæris patriam quæ me produxit in auras:*
*Saxonis imperio ſubdita Sido fuit.*

Poſt

*Poſt VViteberga meæ traduxit tempora vitæ,*
*Atq; inter ciues fecit habere locum.*
*Omnia quæ mores poterant ornare virorum*
*Ornarunt vitam cum probitate meam.*
*Poſtquam luſtra duo ſocia cum coniuge vixi.*
*Soluunt connubij fata ſuprema iugum.*
*Corpus in obducta requieſcit ceſpitis vmbra*
*Mens adijt ſuperi patria templa poli.*
*Sed mihi curauit monumentum hoc Balthaſar ædi*
*Mentius, affini, proprietate ſuo.*
*Obijt An. Dom. M. D. L V. die X I X.*
*Februarij.*

Intra portam maiorem & ſepulturam Lutheranorum.

XI.

## Barbar Gremplers.

Barbara Peter Gremplers nachgelaſſene Tochter/ Jhres alters 18. Jahr iſt in Gott vorſchieden den 11 Martij deß 1557. Jahrs / der Gott gnade / vnnd jhr ſampt vns allen eine fröliche Aufferſte-

erſtehung verleihen wolle / Amen.
In fried bin ich dahin gefahrn
Denn meine Augen gſehen habn/
Den Heyland HErr von dir bereit
Zum Liecht der gantzen Chriſtenheit
In deß ruhe ich in dieſer grunfft
Biß auff meines HErrn widerkunfft/

1 5 5 8.

Liegt gleich der Spittel Thür.

XII.

## Pauli Lutheri.

P*Aulus Lutherus Reuerendi* D. D. *Martini Lutheri ex filio Paulo Medicinæ Doctore nepos, moritur anno Chriſti* M. D. LVIII. *die* 23. *Febr. ætat. ſuæ* 5.

Inſigni verò ſubiectum viſitur:

*Paruus in hac tegitur Lutheri filius vrna*
*Cum patre qui Paulo nomen habebat idē.*
*Quiq́; fidem confeſſus aui congeſſit ad aſtra*
*Pro patre terreno nunc habet ille* Deum.
*Felices pueri fidei quos verba tenentes*
*Euocat ad cœli docta theatra Deus.*

Sepul-

Sepultus ad dextram amitarum prope murum borealem.

XIII.

## Hans Freywaldt.

ANno LXIII. am Tage Palmarum iſt Hans Freywald in Chriſto ſeliglich entſchlaffen / vnd liegt alhier ſampt dreyen Brüdern begraben / ſeines alters 8. Jahr vnnd 8. Wochen.

Ioh. cap. 11.

*Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me viuet, etſi moreretur, & qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.*

Marci IX.

Laſſet die Kindlein zu mir kommen / vnd wehret jhnen nicht.

In

In altero latere.

*Paulus FreyVValdt.*

Stehet mitten auff den Gottsacker im Quaderſtück.

XIV.

Leonharti Salbachij.

*Epitaphium Leonharti Salbachij.*

*OSſa Leonharti parua conduntur in vrna.*
*Cui pater Ambroſius Magdala, mater erat:*
*Hic patris æterni reuocatus voce ſepulchro*
*Angelico capiet gaudia digna choro.*
*Obijt 9. Cal. Sept. anno M. D. LXIII.*

Jch weiß daß mein Erlöſer lebet/ vnd er wird mich hernach auß der Erden aufferwecken / vnnd werde darnach mit dieſer Haut vmgeben werden / vnnd werde in meinem fleiſch Gott ſehen. Job. 19.

Ex oppoſito ianuæ Orientalis.

Sieg-

XV.

## Sigmundt Reder.

Johan. am 6.

DAs iſt der Wille deß Vaters/ der mich geſandt hat/ daß ich nichts verliere von allem daß er mir gegeben hat/ſondern daß ichs aufferwecke am Jüngſtẽ Tage.

Anno im 1565. Jahr den 20. Julij iſt in GOtt verſchieden der Erbar Sigmund Reder/dem Gott gnade.

Mitten zwiſchen dem Thor vnd Luthers Begräbnis gleich am ſteige / im Schilde iſt ein Radt.

XVI.

## Magdalenæ Peucerinæ.

MAgdalena filia D. Caſparis Peuceri, neptis D. Philippi Melanthonis hoc loco ſepulta iacet.

*Obijt die IV. Septemb. Anno Chriſti M.D.LXVI. ætatis.*

Lapidi ad ſiniſtram Magdalenæ Lutheri inſigne paternum inſculptum eſt.

XVII.

## Eliſabeth Dumhoffers.

HJer ruhet ſampt 4. Kindlein in Chriſto ſeliglich entſchlafſen / die Erbar / Thugentſame vnd Gottesfürchtige Matron / Eliſabeth Herrn Magiſtri Laurentij Dumhoffers / dieſer Kirchen Prædicanten eheliche Haußfraw / Gott verleihe jhr vnnd vns allen eine fröliche Aufferſtehung.

Obijt

*Obijt XX. die Iulij Anno Christi M. D. LXVII. ætatis XXXIV. pij coniugij XIIII.*

Zwiſchen Luthers Töchter vnnd der Mauren vnter eim Gewelbe ſo faſt bawfellig.

## XVI.

# Thomas Hueter.

## EPITAPHIVM.

HOrt auff jhr Chriſten zu weinen
Jhr Mütter laſt ewer heulen
Dann Gott nimpt was er hat geben/
Der Todt iſt eingang zum Leben/
So wir von Hertzen thun Gleuben/
Daß Chriſtus vom Todt iſt erſtanden/
So wird auch Gott nicht verlaſſen
Die im HErrn Chriſto entſchlaffen
Welche jtzund ſein faule Leiber
Vnd liegen Verweſt in den Gräbern
Die werden gewiß aufferſtehen
Vnd Chriſto entgegen gehen:
Dieſer Leib war ein Bhauſung der Seelē
Die Gott jhm allein hat gegeben/

Darin hat gewohnt alle Weißheit
Die Chriſtus den Menſchen albereit/
Laß nur die zeit ſich hernahen
Daß die Frommen hoffnuug empfahē
So muſtu gewiß widergeben
Den Leib ſo wir jetzt ſchlaffen legen.

Dieſe beyde Leichſteine haben auffrichten laſſen Hans Richter vnd Thomas Hüter / zum gedechtniß jhrer Eltern / die vorſchieden ſein / die Mutter Anno 1567. der Vater Anno 1568.

Philip. I.

Chriſtus iſt mein Leben / ſterben iſt mein Gewin.

Stehet in der Mawr zwiſchen Luthers Kindern vnd der hinter Thür.

XVIII.

Catharinæ Salbachiæ.

Hoc

*HOc Catharina iacet tumulo Salbachia, buſto*
*Membra cubant, cœlo ſpiritus aſtra tenet.*
*Placidè extinguitur Anno reparatæ*
*ſalutis humanæ in ipſo feſto ſa-*
*croſanctæ Trinitatis.*

Non procul ab orientali ianua & Melanthone.

## XVIIII.

## Vrban Köppitz.

GRabſchrifft Vrbani Köppitzen des Eltern / welcher den 19 Auguſti des 1579. Jahrs in Gott Seliglich iſt entſchlaffen.

Jch Vrban Köppitz ruhe alhie
Des Todes ſchmertz empfand ich nie
Weil mein Seel des HErrn Chriſti Blut
Vom fluch des Geſetzes freyen thut /
Jn dem leb ich recht allezeyt /
Mein gnaden thron ohn ſündē ſtreit
Der wird mich nachmals auß der Erdt /
Erwecken auch diß ich ſehen werd /

Mit meinen Augen in ſeinem Reich/
Jhn vnd die Selign Ewiglich.

*Obijt anno ætatis 67. pij coniugij 33.*

Ligt baldt im eingang deß Gottsackers.

XX.

Samuelis Theodori.

SAmuel. M. Baldaſſ: Theod: Gorl: F. Clar. & Reu: viri D. Iohannis Forſteri ex filia nepoti nato M. IIII. D. IX. parentes mæſti.

H. M. P.

*Obijt M. Aug: D. VII: CIC. IC. 76.*

Inciſum lapidi quadrato minori, propè Lutheranorũ verſus occaſum.

XXI.

Nicolai Lyræ.

D. S. A.

*NIcolao Lyræ filiolo tenerrimo inter preces & ſuſpiria ſuorum placidiſsimè mortuo Anno Chriſti Emanuelis noſtri M. D. LXXVIII.*

*LXXVIII. Men: Ian: D. XV. Hor. VII. A. M. Nicolaus Lyra & Maria Magdalenæ Mencia parentes mœſtiſſ: cum vixiſſet An: III. Men: II. D. X. H. X. in beatiſſimæ reſurrectionis ſignum H. M. P.*

*Menciadum tetigi materno ſanguine ſtemma;*
*Elyſio genitor natus in orbe fuit*
*De me ſpes matri fuit ampla, ſed irrita, namq;*
*Non vſum luſtro me fera Parca tulit.*
*Squalebat vextex lue, natiuumq́; calorem*
*Abſumſit ſtimulis flamma aliena ſuis.*
*Fudi vota tamen blæſa puerilia lingua,*
*Aligeri teneram dum caperent animam.*
*Cum quibus ante Deum dulces iam miſceo luſus,*
*Et careo curis, ſorde, dolore, metu.*
*Salue chara parens mea, tu pater optime ſalue*
*Vos ſaluete, quibus ſanguine iunctus eram.*
*Alma dies inſtat rurſus qua iungimur, ergò*
*Fas vanis lachrymis eſt adhibere modum.*

*M. B. M.*

Intra portam & ſepulturam Lutheranorum in media via, ad ſiniſtrũ Sigmundi Rederii latus.

Grabſchrifft deß Gottfürchtigen Jungen zarten Kneblein Niclaſen/ deß

deß Erſamen Niclas Lyren Bürgers alhier vnnd ſeiner Haußfrawen Maria Magdalen Mentzin hertzliebē Söhnleins/ ſo im HErrn Chriſto ſanfft vnnd ſelig entſchlaffen den 15. Januarij früe morgens vmb 7. vhr. *An. M.D. LXXVIII.* do es gelebt 3. Jahr 11. Mondt 10. Tage vnd 10. ſtunden/ Gott verleihe jhm vnd allen Chriſtgleubigen ein frölich Aufferſtehung zum Ewigen Leben.

Niclaßle liebes Brüderlein/
Du leſt vns ja zwe Gräbelein/
Eins in der Erd dein Beth zu ſein/
Das ander vnſers Hertzen ſchrein/
Drein tuhſt du zartes Knäbelein/
Nu rugen biß dich erwecke fein/
Das hertz liebe Jeſulein/
Vnd dich nehm zu den Engeln ſein/

Da

Da wirſt du denn dem Schöpffer dein/
Stets dancken/loben/preiſſen ſein/
Deß wolle mir vnd den Eltern dein/
Auch Gnedig vñ Barmhertzig ſein:

Balthaſar Lyra. Fr: Fr: F.

*Blande puer, ſpes blanda meæ, requiesq́; ſororis*
*Sic ne iaces propera morte peremtus humi?*
*Sic mea? dilectæ ſic deſeris oſcula matris?*
*Adſligisq́; vno corda dolore duo?*
*Dulce tibi dederat populi victoria nomen,*
*Viſus es ingenio præditus eſſe bono:*
*Debuit hoc factis oſtendere longior ætas,*
*Debuit ad nomen mors trepidare tuum.*
*Omnia neglexit, ſed mors; nomenq́; bonumq́;*
*Ingenium, & vitæ ſpem per inane tulit.*
*Ponimus ergò duas genitrix & auunculus vrnas*
*Quis recubes caſſus lumine chare puer.*
*Vna ſolo eſt, noſtro poſita altera pectore: membris*
*Namq; ſolum, memori pectora amore premis.*

Balthaſ. Mencius Pœta Coronatus in beatiſſimam ſuauiſſimi nepotis memoriam F.

*Vltima Nicoleus quæ dixit verba quadrimus.*
*Quâ leuis in ventos ſpiritus ibat, habe:*

 Alme

*Alme Deus, commendo tibi, quoſcunq; fatigat*
*In deſolata mæror amarus ope.*
*In veræ fidei firmatos robore ſerua,*
*Atq; ex hoſtili fortiter ore rape.*

XXII.

## Vrbani Mulmanni.

ANno *M. D. LXXX.* den 18. tag deß Jenners kurtz vor 5. vhr iſt der Erbar vnd Wolweiſe Vrban Mülman Rahtsverwanter alhier in Gott ſeliglichen entſchlaffen.

*Conditur hoc tumulo præſtans pietate ſenator*
*Mulman qui patriæ Leucoris vrbis erat.*
*Hic pia poſt obitum ſeptē quoq; pignora liquit,*
*Hæc ſtatuunt patri quæ monumenta ſuo.*
*Spiritus æthereæ vitæ eſt tranſcriptus, at oſſa*
*Expectant reditū Maxime Chriſte tuum.*
*Iacob. Pulman nepos F.*

Iuxta viam quæ ad Lutheranorum ſepulchra ducit.

XXIII.

## Albini Emerici.

*Albino*

*ALbino Ermerico Lecrino, Sileſ. Artis Med. ſtudioſo, qui 12. Cal. Octobris An. Christi M. D. LXXXII. peſte hic graſſante mortem obijt, frater Matthæus Erm. H. M. P. C.*

*Vixit annos 25. Menſ. 3. D. 1.*

A parte occidentali muro iuxta Lutheranorum incluſum grypho ornatur.

XXIIII.

## Anna Wiederſtads.

ANno *M. D. LXXXIII.* nach Chriſti vnſers Heylands Geburt/den 17. Junij iſt die Erbar vnd Thugentſame Anna Philippi Wiederſtats eheliche Haußfraw jhres alters 49. ſeliglichen in Gott entſchlaffen/ der Gott gnade.

*Annorũ atq; animi iacet hic ſpes Anna Philippo*
*Ergo ſit & requies Anna perenna tibi.*

Alhie liegt Anna Wiederſtats
Jhrs Mannes Frewd vnd werder Schatz.

Gott geb daß im Grab ruhet der Leib
Die Seel ewiglich dort wol bleib.

Ligt faſt im mitten/gegen jhrem ſteinern Bild.

XXV.

## Magdalena Tidrichs.

ANno Chriſti M. D. LXXXV. den 5. tag Auguſti frůe morgends vmb 2. vhr iſt in Gott ſeliglich entſchlaffen die Erbare vnd Tugendtſame Magdalena Tidrichs Doct. Sebaſtiani Tochter M. Gregorij Blumen eheliche Haußfraw/der Gott gnade.

Philip. 1.

Chriſtus iſt mein Leben/ ſterben iſt mein Gewin.

Ligt hart an der Mawr nicht fern von Luthers.

XXVI.

# Catharina Raben.

IM Jahr M. D. LXXXV. den 25. *Siptembris* iſt in Gott dẽ HErrn ſeliglich entſchlaffen die Erbare vnnd Thugentſame Catharina Rhülls / deß Erbarn Barthold Rabens Buchführers alhier eheliche Haußfraw / Gott verleihe jhr vnd vns allen eine fröliche vnd ſelige Aufferſtehunge.

Eſaiæ LVI.

Die Gerechten werden weggeraffet für dem Vnglück / vnnd die richtig für ſich gewandelt haben / kommen zum Friede / vnnd ruhen in jhren Kammern.

Iſt zwiſchen Luthers vnd der Widerſtattin neben der Mawr.

Augu-

## XXVII.

## Auguſtini Petzelij.

IM M. D. LXXXI. Jahr nach Chriſti Geburt den 15. Junij iſt der Gottfürchtige Geſell Auguſtinus Petzel / nach dem er von Baltzer Schonen tödlichen verwundet / im HErrn Chriſto ſeliglichen entſchlaffen / ſeines alters im 27. Jahre / dem Gott ſampt allen Chriſtgleubigen eine fröliche Aufferſtehung wolle vorleihen.

Sapient. 3.

Der Gerechten Seelen ſind in Gottes Hand.

Defunctus ad patrem.

*Vulnere ego perij, ſed dulcia lucra reporto*
*Nam pro morte mihi vita beata redit.*

Fata

*Fata quid ergò gemis mater mea mortis iniquæ*
*Vltor erit Chriſtus, qui malefacta videt.*

**Ligt gegẽ des Spittals Ercke/ nach dem Waſſer.**

## XXVIII.

## Friderici Voiti.

*FRidericus, Dauidis Voiti Theologi filius obijt die conuerſionis Pauli Anno M. D. XIC. cum ageret ann: ætatis XIX.*

*Hunc tumulum chari nato ſtruxere parentes*
*Vt mea defuncti molliter oſſa cubent.*
*Vita fuit breuior terris: æterna ſequetur,*
*Viuere quam incipio clara per aſtra poli.*
*Quisquis es inde mori diſcas: prudentia nunquam*
*Sic te deſtituet, quattuor ampla docens.*
*Nempe homo quod ſibimet peccando ſit necis autor,*
*Euadas Chriſti quod loca mortis ope.*
*Quod tibi ſecuro hic liceat non eſſe quod vſus*
*Sit, fragili vt parcat ſæpe rogare Deum.*

Propè murum & ſtatuam VViderſtadiæ.

## XXIX.

Wal-

# Walpurg Heiligengeiſts.

ANno M. D. XIC. den 7. Nouemb. iſt die Erbare vnnd Thugentſame Fraw Walporij Heiligengeiſts / deß Erbarn Caſpar Dreßlers ſeeligen hinterlaſſene Wittwe in Gott ſeliglich entſchlaffen / der Gott gnade.

Im Anfang war ich ein Erdenkloß
Werd jtzt auch nacket vnd bloß /
Mit Erd verſcharrt / darin ich zwar /
Ward wieder was ich erſtlich war /
Alſo gehts in der Welt gemein /
Allen wes ſtandes die auch ſein /
Drumb die jhr hier fürüber geht /
Denckt wie die ſach mit vns jetzt ſteht /
Wie ich jetzt bin / ſo werdt jhr werdn /
Wie jhr jetzt ſeid / war ich auff Erdn.

Ligt faſt mitten auff dem Gottsacker nach dem Waſſer neben jhrem Mann.

Nico-

XXX.

## Nicolai Lyræ.

HIc ego Nicoleus Lyra dormio, ſiſte viator,
Ex hoc qui fuerim, carmine diſce modum.
Me natum Elyſiis Glogouia protulit agris,
Agnouit ciuem me VVitebergа ſuum.
Menciadûm de ſtirpe mihi ſociata marita eſt,
Quæ nomen Mariæ Magdalidosq́; tenet.
Deſerui placida vitam cum morte, reliqui
Fœmellam, & ſexu de potiore marem.
Vxor mœſta, ſua pro relligione fideq́;.
Hæc caro poſuit marmora parua viro.

Placidè ex hac vita deceßit Anno ætatis LI.
Chriſti incarnati M. D. XCI. M.
Maij D. 17. H. V. ant. merid.

In medio propè murum & ſtatuam VViderſtadiæ latusq́; Rederi dextrũ.

XXXI.

## Annæ Richterin.

HOneſtißimæ atq́; omni matronali virtute ornatißimæ fœminæ Annæ R. Balthaſaris Mencij & Barbaræ Iegeræ filiæ honeſti

*viri Bartholomæi Richteri ciuis Ieſſenſis coniugi religioſiſſimæ, quæ VViteberga in complexu ſobolis, fratrum & Sororum ſpiritum miſericordi patri, reliquias corpuſculi magnæ matri reddidit Anno Christi M. D. XCIV. Die 7. Aprilis ætatis 57. Coniugi 37. Balthaſar Mencius Sorori chariſſ: hoc pietatis monimentum A. E. P.*

## VMBRA AD VIATOREM.

*Vixi igitur, curſumq́; datum ſine labe peregi*
*Hancq́; mihi optaui poſt mea fata domum.*
*Sum ſata menciadum longâ de ſtirpe, Nimecum*
*Et vitam, & mores cum pietate dedit.*
*Si quod ineſt omen, dixi cognominis Anna*
*Annæ, quam memorant Biblia ſacra tibi.*
*Richterus mihi primus erat, charusq́; maritus*
*Cui liqui thalami pignora multa mei.*
*Sunt binæ in viuis natæ, quas opto benignè*
*Augeat atq; ſua Ioua ſecundet ope.*
*Bis mihi præluxit tædas Hymenæus, & vltra*
*Me voluit ſeptem luſtra tenere torum.*
*Sed quoniam ordo iugalis habet mala multa maritus*
*Vita mihi alter erat, Mors mihi & alter erat.*

*Infelix nupſi, felix ſum mortua: felix*
*Nunc viuo, & felix Numina cerno ſacra.*

## Grabſchrifft.

DEr Erbarn frommen Gottfürchtigen Matron ANNA Mentzin deß Erbarn Bartel Richtern Bürgers zum Jeſſen Eheliche Haußmutter/ ſo in der andern Vnglücklichen Ehe am 7. Tag Aprilis des *M. D. XCIV.* Jars zu Wittenberg bey jhrer Freundtſchafft/ die ſie im Elend beſucht/ daſelbſt Seliglichen entſchlaffen vnnd Chriſtlich zur Erden beſtattet worden/ jres alters im *LVII.* vnd des Eheſtandes im *XXXVII.*

Den Schöpffer Himmels vnd der Erd
Vnd ſein Sohn Chriſtum hielt ich werd/

 Weil

Weil er gütig ohn argeliſt
Der Perſon auch kein anſeher iſt
Dem hab ich als meim Trewen Gott
Heimgeben mein Elend vnd Noth/
Der wird eim jeden richtig gebn
Wie ers verdient an meinem Lebn/
Dann bey den Menſchen in der Welt
Da gehts offt nur nach gunſt vñ gelt
Bey Gott in ſeinem ſtrengen Gericht
Da gilt nurs Recht vnd anders nicht
Dem muß man richtig antwort thon
Von allem daß man hat beghen
Der Vngerecht in Helſcher Pein/
Wird Ewiglich Verdammet ſein.
Dem Grechten aber wird Gott geben
Nach dieſer Welt daß Ewig Leben/
Daß war der Troſt im Elend mein
Bin Selig drauff geſchlaffen ein.
Vnd ruhe nu biß Gottes Sohn/
Zur Ewig Frewd mich heiſt vff ſtohn
Da wird der Erloß richtig ſehn/
Wie ſein vntrew für Gott wird ſtehn
Vnd jhm do werden richtiger Lohn/
Für ſein Vntrew die er gethon/

O Welt

O Welt du ſchnöde böſe Welt
Machs daß es deinem Schöpffer gefelt/
So kompſtu nimmer ins Gericht
Sondern wirſt leben Ewiglich
Bey Chriſto in dem Himmelreich/
Den Heiligen lieben Engeln gleich.

Johan Mentzius.

Intra portam & Lutheranorum ſepulturam ad caput Rederi.

XXXII.

## Anna Hartungs.

*Hartungi, quæ nata fuit, Blumiq́ marita*
*Andreæ, iacet hic Anna pudica, pia.*
*Confecit meſſem, ſeptenaq́ luſtra: reliquit*
*Pignora bina, ferox cætera Parca tulit.*
*Numinis aſpectu fruitur mens, corpus in vrna*
*Expectat reditum maxime Chriſte tuum.*

XXVII. *Decemb.* IIII. *Cal. Ian.*
*Anno* 1590.

Ad parietem in ipſo portæ maioris aditu lapidi quadrato inſculptum apparet.

## XXXIII.

## Traurfreudt Birnbaums.

*TRaurfreudus D. Vrbani pierij filius, in Chriſto obdormiuit, 9. Martij, ætatis ſuæ 24. Hebdom. Anno M. D. XCII.*

Ferè ad caput Luther. minori lapidi quadrato inſculptum eſt.

## XXXIIII.

## Berthæ Felderinæ.

*HOneſtiſsima fœmina Bertha viri ornatiſsimi Iohannis Felderi arcis Schônburgianæ in ducatu VVirtenbergico præfecti integerrimi vidua, mater Eleonoræ coniugis AEgidij Hunij Doctoris Theologiæ hic ad nepotis ſui M. Ludouici Hunij latus ſepulta iacet, quæ annos nata 78. die 18. Octob. Anno ſalutis humanæ M. D. LXXXXII. placidè in Domino obdormiuit.*

Intra portem maiorem VViderſtadi muro in cluſum.

Humi verò:

*Sub hoc tumulo ſepulta iacet pia & honeſta matrona Bertha Feldrina, beatæ recordationis, ſocrus AEgidij Hunij, Theologiæ Doctoris, Profeſſoris, & Paſtoris VVitebergenſis.*

## XXXV.

## Caſparis Sommeri.

C*Aſpar, Balthaſaris Sommeri Medicinæ* D*octoris Torgenſis filius hic ſepultus quieſcit expectans lætum aduentũ Chriſti. Diſceſſit ex hac vita ærumnoſa an. M. D. XCIIII. Menſ. Mart. Die XIII. Hora IIII. p. m.*

## Iohan.

*Sanguis Ieſu Chriſti purificat nos ab omni peccato.*

*Pater hoc Mon. illi poſuit.*

Subiectum inſigne cui facies Solis inciſum.

*Sommeri ſoboles iacet hac Caſparus in vmbra*
*Hunc illi extremum fata dedere locum.*
*Hyberno mæſtus cecidit qui tempore, certò*
*Æſtiuo lætus Sole reſurget humo.*

Schaw Caſper Sommer der ſchlefft nu
Hie in der Erd mit Fried vnd Ruhe/
Biß daß Chriſtus der Sonnen ſchein/
Vom Himmel kom jhn wecke fein/
Als denn wird er in Ewigkeit
Bey Chriſto wachn mit lieb vnd fried.

Balth. Lyra VViteb.

Prope ſtatuam VViderſtadiæ & viæ ſiniſtram, ſepult.

XXXVI.

Pauli Hartmanni.

O Menſch gedencke doch an mich/
Gleich wie du biſt/ alſo war ich.
Ein ſchön geſtalt vñ friſcher mut
Vergeht wie auff dem Feld die blüth
Denck wie ich worden bin zur Erden/
So muſtu morgen auch noch werdē.

Anno 1596. den 5. Febr. ſtarb in Gott ſelig der Erbar vnnd Wolgeachte M. Paul Hardtman/ Pappiermacher ſeines alters 32. Jahr/ iſt bürtig von Sora *D. G. G.*

Ligt gegen Luthers zum Waſſer.

Johan

XXXVII.

## Johan Helwig.

ANno 1596. den 27 Octob. iſt in dem HErrn Chriſto ſelig entſchlaffen Johannes / des Paull Hellwig Buchführers in Wittenbergk Söhnlein ſeines alters 7. Wochen / 4. Tage.

Der Gerechte ob er gleich zu zeitlich ſtirbt / iſt er doch in der Ruhe / dann ſeine Seele gefelt Gott / Darumb eilt er mit auß dem böſen leben. *P. H.*

Iſt in Quaderſtück mitten auff dem Gottsacker.

XXXVIII.

## Petri VVolteri.

*MOle ſub hac Petri VVolteri membra quieſcunt*
*Cui vitam & nomen clara Lubeca dedit.*

*Felix morte ſua Petrus eſt, da Chriſte Redemtor*
*Quod Petrus eſt vt nos eſſe queamus idem.*

*Deceßit 26. Martij anno Chriſti 1597.*
*ætat. 28.*

*Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Ioh. 3.*

Tabella lignea ex aduerſo Lutheranorum verſus Albim.

## XXXIX.

## Andreæ Freidemanni.

*Reuerend. & Cl. viri Noachi, Superint. Querfurt.*

*HAc Freidemanniades lapidis ſub mole quieſco:*
*Nec poteram tumulo floridiore tegi.*
*Quod dilecta putas me circum pignora matrum*
*Hocce peregrino contumulata ſolo?*
*Integritas vitæ, morumq́ʒ virilis honeſtas,*
*Et ſtudij vigilax & pietatis amor.*
*Clarabant iuuenem poterantq́ʒ referre parentem,*
*Hos niſi conatus frangeret atra dies.*

*Iamq́; Magiſtralis ſperabam præmia mitræ*
*Quum fluerent vitæ luſtra quaterna meæ.*
*Iſta quidem magnificienda, ſed omnibus vnum*
*Præfero, quod ? faciem poſſe videre Dei.*

*Obijt Die XXX. Iulij Anno D. M. D. IIC.*
*ætatis ſuæ XX.*

*M. P.*

*Quem Dij diligunt moritur iuuenis.*

In areæ medio è regione Lutheranarum.

## XXXX.

## Iohannis Schutz VViteberg.

*HIc ego cui pietas, doctrina, modeſtia laudem,*
*Arrogat ex vero Schutziades tumulor.*
*Cuncta venenabant contage ſuburbia peſtis*
*Tuta ſed in muris cuncta fuere diu.*
*Ipſe ſub occurſum Rhedæ funebris inhorrens*
*Suſpectam feci primus in vrbe fidem.*
*Quo lethi moriare modo, nihil ô homo refert*
*Hoc demum refert qua moriare fide.*

*Obijt XX. Aug. A. Dom. CIↃ. IↃ IIC.*
*ætatis ſuæ XVII. P C. Tutores*
*A. B. ET BR.*

Verſus Albim in medio ferè.

XLI.

# Caſpar Thürlle.

HJe liegt begraben der Erbar Nahmhaffte Caſper Thürll/ Bürger vnnd Gaſtgeber alhier / welcher den 15. Septemb. Im Jahr Chriſti *M. D. XCIX.* ſeines alters im 78. ſelig im HErrn entſchlaffen.

Item.

Seine erſte eheliche Haußfraw Barbara / welche als ſie 4. Söhne vnd drey Töchter geborn/ Chriſtlich abgeſchieden den 21. Tag Junij im Jahr *M. D. LXXX.* welchen beyden Gott eine fröliche Aufferſtehung am Jüngſten Tage verleihen wolle.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0062-8

Dein thewres Blut HErr JEſu Chriſt/
Jhr Leben/Sieg in deim Reich iſt.

Ligt bald vorne gegen deß Spittals Thür.

## XLII.

## Iohannis Roligij.

*HAc poſitus tellure cubat poſt fata Iohannes*
*Cui cognomen erat de patre Roligius.*
*Cunas Annaberga dedit VViteberga ſepulchrũ,*
*Artibus excoluit Miſnias Afra rudem*
*Vixerat hic annum & bis tres trieteridas, at nunc*
*AEternos viuit cœlica in arce dies.*
*Obijt anno M.D.CI. X. Ianuarij H. IV. pomeridiana.*

In medio cœmeterio ita vt ianuam noſocomii intueatur.

## XLIII.

## Maria Silbermans.

Alhier

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0063-3

ALhier liegt begraben M. *Henrici* Silbermans *Archidiaconi*, Töchterlein *Mariola*, welches geborn Anno 1601. am 19. Julij vmb 7. vhr vormittage vnnd am 6. Auguſti vmb 7. vhr vormittage ſeeliglich im HErrn entſchlaffen.

Syrach 16. Cap.

Es iſt beſſer ein fromb Kind / deñ tauſendt Gottloſe / vnnd iſt beſſer ohne Kinder ſterben / denn Gottloſe Kinder haben.

Liegt im ſteige nach Luthers Begrebniß vnd Rothfelders.

## XLIIII.

## Andreæ Tſchornacci.

*ILle ego qui viuus Tſchornacci nomina geßi*
*Andreæ, cineris, Marte furente gero.*

*Quam Senftberga mihi dedit, heu VViteberga repoſcit*
*Vitam crudeli, ſæua Magiſtra, modo.*
*Tu mea Chriſte ſalus reddes mihi: Nam tua præſens*
*Vulnera vulneribus ſunt medicina meis.*
*Anno 1602.*

In medio Cœmeterio tabulæ ligneæ inſcriptum.

XLV.

M. Chriſtophori Libhardi.

*ANno 1602. die 6. Iunij piè in Chriſto obdormiuit M. Chriſtophorus Libhartus VVonſidelius, Variſcus, cui Deus ſit propitius.*

*Chriſte tibi viuo, morior tibi Chriſte redemtor,*
*Tu mea tu mortis ſpes in agone manes.*

Ex oppoſito Emerici ad dextram Helvvigii in tabula lignea.

XLVI.

Paul Hellwig.

ANno 1602. den 25. Junij frůe vmb 1. vhr / iſt im HERRN Chri-

Chriſto ſeeliglichen entſchlaffen / Paulus Helwig / deß Pauls Helwigen Buchführers in Wittenberg ander Söhnlein / ſeines alters 4. Jahr / 15. Wochen / Gott verleihe jhm eine fröliche Aufferſtehung.

Sein Sprüchlein iſt geweſen 1. Johan. 1. Verſ. 8.

Das Blut JEſu Chriſti deß Sohns Gottes / macht vns rein von aller Sünde.

Schaw Gottes Ewign Vaters Gut /
Deß HErrn JEſu thewres Blut /
Deß heiligen Geiſtes Troſt vnd Muth /
Soll ſein mein Ewigs Erb vnd Gut.

Iſt im Quaderſtein neben ſein Brüderlein faſt im mittel.

Finis Epitaphiorum VVittebergenſium.

APPEN-

# APPENDIX.

## CANDIDO ET BENEuolo Lectori Salutem.

CVm non tantùm parentes & conſanguinei, ſed & alii mihi chariſſimi in vicinia oppidi VVitebergenſis & vixerint & animam Deo reddiderint, non abs re me facturum arbitratus ſum, ſi etiam illa Epitaphia, quibus ego cum aliis memoriam eorum proſecutus ſum, & velut inſerias piis illorum manibus obtuli, præcedentibus VVitebergenſium, colophonis loco ſubiungerem. Quæ enim & loci interuallo & argumenti ſimilitudine non vſque adeo inter ſe differunt, non ineptè quoq; in eodem libro videntur coniungi. Sequitur ergò.

## I.

# Petri Iegeri.

HOnoratiſſimo viro, pietate, virtute, prudentia & autoritate præſtanti, Dn: Petro Iegero Sidoniorum conſuli digniſſimo piè in Chriſto Ieſu defuncto, coniux ſuperſtes Anna Choſelicia marito chariſſimo & liberi parenti deſideratiſſimo pietatis ergò H. M. F. C.

Obijt Anno M D. XXXII.
ipſo Paſchatos die

Tempore Landsberga quo ſtirpe Baronibus ortis
Eſt viſum antiqua Sidone ferre pedem.
Imperioq; illos tractus Fridericus habebat
Elector, nomen cui ſapientis erat.
Hic mihi cura fori commiſſa à principe ceſſit,
Ciuibus vt ferrem iura ſeuera meis.
Id munus ſanctè geſſi dum ſidere fauſto
Ires in patris Ianfriderice locum,
Nam vitam & terram te frena tenente reliqui
AEtherei ſcriptus ciuis in vrbe poli.

Grab-

# Grabſchrifft/

DEs Erbarn Wolweiſen Peter Jegers Bürgermeiſters alhier zu Sido / welcher in Chriſto Jeſu ſelig am H. Oſtertage entſchlaffen/ vnd folgendes Dienſtags Chriſtlich zur Erden beſtattet/ *Anno Domini M.D.XXXII.*

Als die Schencken die Edle Herrn/
Von Sido ſich gen Teupitz kern/
Vnd Churfürſt Friederich der dritt/
Ihr Herrſchafft kauffte vnd beſtritt
Satzt er mich zum Bürgmeiſter ein/
Das Recht zu ſchützen ingemein
Dem Ampt ſtund ich gar trewlich für/
Biß Johan Friedrich kam zur Chur/
Da löſet mich der trewe Gott
Von aller ſorg/ mühe/ angſt vnd noth:
Verſatzte mich ins Paradeiß/
Des ſag ich jhm Lob Ehr vnd Preiß.

Balthaſar Mencius Nimecenſis
Ludi moderator ſocero ſuo faciebat.

# Margarithæ Menciæ.

*Monumentum complectens Epitaphium Margarithæ Menciæ puellulæ tenerrimæ anno Chriſti M. D.XLIIII. Menſe Ianuario inter partum ſuſpiria tertio ætatis menſe Eckmanſdorpij in præfectura VVitebergenſi placidiſſimè mortuæ, filiolæ ſuauiſſimæ, à Reuerendo Balthaſare Mencio huius Eccleſiæ Paſtore & Barbara Iegerina parentib. mæſtiſſimis amoris ac recordationis gratia poſitum.*

*Tempore qûo genitor Baltaſſar Mencius, almæ*
*Traderet hac populis æde ſalutis iter.*
*Diſponente Deo ſum nata in luminis oras:*
*Inq́ꝫ lares patrios gaudia magna tuli.*
*Sed non tres menſes in dulci luce moratam,*
*Mors iterum tenebris merſit acerba ſuis.*
*Ibant in luctum fruſtra Materq́ꝫ paterq́ꝫ*
*Nanqꝫ hominis culpa morte grauatur Homo.*
*Si non Eua manu rapuiſſet ab arbore pomum:*
*Matris & orba lue poſtera turba foret.*
*Expers mortis ego ſub ſidera clara volaſſem:*
*Qualis Henoch viuo corpore raptus erat.*

Sed

*Sed nunc in tumulo, qui Cræſum poſcit & Irum,*
*Putreſco & tritis oßibus antra colo.*
*Donec læta dies veniat qua florida pulchro*
*Corpore cælicolas inter & aſtra micem.*
*Illic Chriſtus habet regnum, illic vita beata eſt:*
*Hic Stygis, hic læti regnat amarities.*

Sepulta ad ſiniſtram maioris ianuæ iuxta parietem.

## Grabſchrifft Margareth Mentzin/ deß Ehrwirdigen vnd Wolgelarten Ern Balthaſar Mentzen/ dieſer Kirchen Pfarrers vnd Fraw Barber Jegers hertzlieben Töchterlein/ ſo im HErrn Chriſtlich entſchlaffen/ ſeines alters im dritten Monat/ als man zelt nach Chriſti Geburt M. D. XLIIII. kurtz für Liechtmeß.

Das heilig Euangeliſch Wort/
Lehrt mein Vater an dieſem orth/
Wie Gott durch ſeine Gütigkeit
Mein Mutter vnd jhn durch mich erfrewt/

Elff Wochen lebte kaumet ich/
Da kam der Todt vnd würget mich/
Mein Eltern wars ſehr groſſe pein/
Die Erbſünd machts/ drumb muſt es (ſein.
Hett Eua im Peradiß ſich fern/
Vom Apffel gewand/ gehorcht dem (HErrn
So wehre ich gen Himmel hoch
Lieblich genommen wie Enoch/
Nu muß ich erſt wie Arm vnd Reich/
Staub/ Aſch/ vnd Erden werdē gleich/
Doch werd ich auß der Erden ſchon/
Mit meinem Leib wider erſtohn/
Vnd mit dem ſüſſen Jeſulein/
Das Himmelreich beſitzen fein/
Welche dir all dein Sünd verzey/
Vnd mit ſeinn Englein bey dir ſey.

Amori & honori filiolæ ſuauiſſimæ F. B. M. P.

III.

## Annæ Chöſeliciæ.

### MEMORIAE.

*ANnæ Choſeliciæ, matronæ pudicitia, fide, morib. & vitæ ſanctimonia inſigni,*

*Inte-*

*Integerrimi viri D:Petri Iegeri Conſulis Sidoniorum coniugi honeſtiſsimæ, in beatam cæleſtium animarum ſocietatem ex his terris euocatæ, Eckmanſdorpij An. M.D.L.Domi. Iubilate: R. Balthaſar Mencius ibidem verbi diuini miniſter Socrui Chariſs. eiusq; vxor Barbara matri benemeritæ hoc amoris atq; doloris ſignum collocarunt.*

*Nupta Petro quondam Iegero Chôſelis Anna*
*Hic tegor: ille loci Prætor & Auctor erat.*
*Illi biſſenam ſobolem fœcundus, & vnam*
*Inſuper exhibuit me genitrice thorus.*
*Poſt fatum eiuſdem ter ſex mihi contigit annos*
*In vidua ad mortem degere poſſe domo.*
*Nata ſub Auſonij moderamine Præſulis, aris*
*Quæ Chriſti ſpernunt munera, vota dabam.*
*Dum ſe diuini vox tolleret alma Lutheri,*
*Quæ fuit ad Chriſtum ſemita vera mihi.*
*De Chriſto mea ſpes ſemper deuota pependit,*
*Cui moriens animam ſupplice voce dedi.*
*Hanc tamen ille ſuo quondam cum corpore iunget*
*Rurſus, vbi ſignum buccina diâ dabit.*

Tumulata iacet in cæmeterio ad ſiniſtram maioris ianuæ prope neptem,

# Grabſchrifft/

DEr Erbarn Vielthugentſamen vnnd Gottfürchtigen Matronen / Anna Köſelizin/deß Erſamen Wolweiſen Herrn Peter Jegers Bürgermeiſter zu Sido hinterlaſſenen Wittfrawen alhier zu Erkmansdorff bey jhrer Tochter Barbara im *M.D. L.* Jar am Sontage Jubilate ſeelig im HErrn entſchlaffen.

Ein Köſtlitzin war ich geborn
Dem Peter Jägern außerkorn/
Der zu Sido die gantze Gemein
Nach Sachſen Recht regieret fein
Dreyzehen Kinder zeugete ich jhm/
Ehe dann jhn Gott fordert von hin/
Vnd lebet achzehen Jahr durch Gott/
Nach ſeinem End vnd ſeligen Todt/
Im Babſthumb bin geboren ich/
Mit faſtn vnd Walfart quelet mich/

Biß

Biß daß Luther erhub ſeine ſtim/
Der weiſet mich zu Chriſto hin.
Dem trawet ich biß an mein End/
Befahl mein Seel in ſeine Hend/
Der wird ſie mit dem Leibe fein/
Vom Todt zum Leben führen ein.

## IV.

## Bonifacij Iegeri.

### D. O. M. A.

*Bonifacius Iegerus Reibpub. Sidoenſium Prætor vigilantiß. vir pietate, fide & prudentia multarumq́; rerum peritia exercitatißimus Chriſtiano 3. Danorum Regi, eiuſq́; conſiliarijs ob fidem præſtitam Chariß. ex hac mortali vita euocatus, in immortalem diſceſſit anno Chriſti incarnati M. D. LI. pios avunculi manes Balthaſar Mencius Nimecenſis M. & P. L. hoc elogio condecorauit.*

*Antiquæ fidei & virtutis imagine clarus*
*Hæc fato functus buſta Iegerus habet.*
*Iudicis obtinuit partes, atq; omnibus æqua*
*Iura dedit ſyluas qua propè Seida iacet.*

*Publica priuatis & honeſtum prætulit auro,*
*Occluſas habuit munus ad omne manus.*
*Iſta nam ſe cum verſari in ſede putabat*
*Vindicibusq́ᵹ oculis cuncta notare Deum.*
*Præſidium miſeris firmum fuit: at mala Parca,*
*Occuluit ſubita nobile nocte bonum*
*Funere quo fertur crines Aſtræa ſolutos*
*Turbaſſe, & mæſtis illacrymaſſe genis.*

Sepultus Sidoniæ in cæmeterio.

## V.

## Barbaræ Iegerinæ.

### HONORI ET PIETATI.

*Barbaræ Iegerinæ Sidoenſi, matronæ lectiſſ: fide coniugali & omnibus Chriſtianarum virtutum dotibus incomparabili Anno Saluatoris M. D. LXI. Die XXI. Octobris inter preces atqᵹ ardentiſſ: diuini nominis inuocationem beatiſſimè defunctæ, maritus mæſtiſſimus Dn: Balthaſar Mencius, huius Eccleſiæ Paſtor, coniugi fideliſſ. & liberi mærentes Balthaſar, Iohannes, Andreas, Martinus, Anna, Barbara, Maria Magdalena, Catharina, & Chriſtina matri chariſſ: H. M. ob*

*ſpem*

*ſpem reſurrectionis ipſius, ac lenimen deſiderij ſui non ſine lacrymis poſuerunt.*

*Vixit Annos XLVI. MortVa Die VrsLæ.*

*Notitia Chriſti & virtutum prædita donis,*
*Huc iußit cineres Barbara ferre ſuos.*
*Cuius cum genitor veteri in Sidone Iegerus*
*Ciuili ferret iura ſevera foro:*
*Ipſa etiam patris obſeruans veſtigia, ab ipſis*
*Cunis, iuſticiæ iuſſa ſecuta fuit.*
*Et fatis venit ſub vincla iugalia Mencij*
*Qui docet hoc ipſo cælica iura loco.*
*Huius iuncta thoro ſexus melioris in auras*
*Quatuor, alterius pignora ſena dedit.*
*Quinq; thoro placido caſtißima luſtra replerat*
*Cum mens hac carnis mole ſoluta fuit.*
*Credibile eſt, illam placido ocia ducere ſomno:*
*Nam mors in Chriſti membra venire nequit.*

Dormitorium eius extra templum ad ſiniſtrum matris latus conſpicitur Eckmanſdorpii.

## Grabſchrifft.

DEm HErrn Chriſto JEſu vnnd ſeiner Kirchendiener Eheſtande zu Ehren/

Ehren vnd zu ſeeliger gedechtnuß der vielEhrentugentſamen Frawen Barbara deß Wirdigen Balthaſar Mentzen/Pfarners alhier ehelichen Haußfrawen / weiland des Erbarn vnnd Weiſen Peter Jegers Bürgermeiſter zu Sydaw ſeeligen hinterlaſſenen Tochter im HErren Chriſtlich entſchlaffen den 21. Octobris deß 1561 Jahrs.

Thugendt vnd Chriſtum liebte ich/
Vnd hieß alhier verwahren mich/
Recht bey der Anna Jegerin
Meinr Mutter vñ mein Töchterlein
Mein Vater zu Sido ohn ſchew
Die gantz Gemein regirt mit trew/
Von dem ich da gelernet hon/
Gott/vnd mein Nechſten liebẽ ſchon/
Drumb gab mir auch Chriſtus mein
Ein froñen trewẽ Prediger/(HErr/
Ern Balthaſr Mentzen der da fort
Alhier recht lehrt ſein heiliges Wort.

dem

Dem zeugt ich doch mit ſchmertz vnd not/
Vier Söhn/ſechs Töchter vor meim Todt/
Fünff vnd zwantzig Jahr hett ich jhn/
Ehe dañ mich Gott fordert von hin/
Nu ſchlaff ich ſanfft durch Chriſti gnad/
Der behůte dich auch frůe vnd ſpat.

Humi verò:

D. O. A.

*Barbara Balthaſaris Mencij chariſsima coniunx,*
*Hic ſita ſum grato poſt mea fata loco.*
*Nam quibus haud licuit mecum eſſe in luminis ora*
*Hi me iam buſti proximitate beant.*
*Dextra parte parens, læua mea nata quieſcit*
*Sedem vnam mater, filia, neptis habent.*

Bonorum Memoria Sempiterna.

Schaw alhier vnter dieſem Stein/
Liegt Balthaſr Mentzen Haußfraw (fein/
Jhr Mutter vnd jhr Töchterlein
Jn Gott ſind ſie geſchlaffen ein/
Wann nu der Jüngſt Tag kömpt herzu/
So werdn ſie wachen mit frewd vnd (ruhe/
Bey Chriſto der ſie machet frey/
Vom Tod/ der dir auch gnedig ſey.

Pſalm

Pſal. CXII.

**Deß Gerechten wirdt nimmer vergeſſen.**

Balthaſar Mentius, Matri Opt: Mer. facieb.

VI.

## Hermanni Mencij.

*HOc monimentum Hermanno, optimæ ſpei puero Anno Domini M. D. LXVII. D: XV. Mart. Eckmanſdorpij in Ephoria Zanenſi piè mortuo parentes doloris pleni Balthaſ: Mencius huius Eccleſiæ miniſter & Vrſula Rheinardina filio dilectiſsimo mœrentes poſuerunt.*

*Quod me ſpe citius mors & creſcentibus annis*
*Atra pro vitæ lumine merſit humo.*
*Non poſſet genitor triſtes inhibere querelas*
*Et propria auderet in mea fata ſequi:*
*Ni ſua me ſciret rediturum in brachia, ſeq;*
*In mea, cum Chriſti buccina ſigna dabit.*

Extra templum ad minoris ianuæ ſiniſtram iuxta murum tumulatus.

Michae-

## Michaëlis Mencij.

Hic depoſitū eſt ſpe certiſsimæ reſurrectionis corpuſculum Michaëlis, cuius animula inter vota parentum Balthaſ: Mencij verbi hic miniſtri & Vrſulæ Rhenardinæ ex ruinoſo corporis ergaſtulo in cæleſtem aulam tranſlata fuit. Anno à virginis partu M. D. LXIX. Die XXVIII. Decembris cum in hac luce commorata fuiſſet Menſ. III. & D. II.

Natus erat cano patri, atq; hoc charior illi
Natus erat, vitæ ſed breuis vſus erat.
Nam primis animam iuſsit mors ponere cunis,
Et vix viſa illi vita relicta fuit,
Quo breuius vixit terris, hoc æthere viuet
Longius: hæc mæſtum ſpes leuat vna patrem.

Sepultus in cæmeterio prope fratrem Hermanum.

## Bartholomæi Mencij

Anno in carnationis Chriſti Dei & virginis filij M. D. LXX. Menſe Mart: Die XXV. Bartholomæus, R. Balthaſaris Mencij, hoc in loco ſacrarum literarum plurimis iam annis conſtantiſsimi preco-

*preconis filius deſideratiß: improuiſa morte ex his ærumnis ſublatus, in Chriſto Ieſu placidè obdormiuit, Anno ſuæ ætatis 11. Die XXV. cuius corpus huic vrnæ traditum quieſcit iucundiſsimè.*

*Qua Chriſti in lucem celebratur luce regreſſus*
*Hac, caſſus vitæ luce reponor humo.*
*Surgam rurſus humo, quam certum eſt funere victus*
*Ad vitam Chriſtum ſe retuliſſe Deum.*

## Ad dextram Michaëlis fratris ſui ſepultus.

*Epitaphium hoc tribus fratribus Hermanno, Anno 1567. Michaëli, Anno 69. & Bartholomæo Anno 70. ex hac vita ereptis & in his cubiculis dormientibus, R. Balthaſar. Mencius P. F. poſuit.*

*Mencius hac ſenior tria pignora condidit vrna*
*Et ſparſit lacrymis buſta minuta pijs,*
*Vellet eis vitam propria vel reddere morte:*
*Si tantum iuris fata ſeuera darent.*
*Sed tamen in vitam quondam lumenq; redibunt,*
*Etſi nunc colubri tabe pereſa iacent.*
*Namq; tuos verus Pelicanus ſanguine pullos*
*Qui ſpargis, dira cum trabe fixus eras.*

*Summa*

*Summa luce tuam prolem ſuper aſtra vocabis*
*Chriſte malus coluber ſub ſtyge vinctus erit.*

## Eiſdem.

*Tres hic Menciadûm prognatus ſanguine flores*
*Auguſta iuſsit Parca latere ſcrobe:*
*Dum Sol iuſticiæ Chriſtus, caput exerat almum,*
*Et noua viuificum ſpargat in arua iubar.*
*Tunc tres hi flores tranſlati in cœlica tempe,*
*Vitam perpetuo flore & odore trahent.*

Balthaſar Mencius ex Italia reuerſus tribus fratribus ſuis F.

## Grabſchrifft.

DReyer kleinen Brüderlein/ Herman Mentzen/ ſo Anno Chriſti *M. D. LXVII.* den *XV.* Maij/ vnd *Michaëls, Anno M. D. LXIX.* den *XXVIII.* Tag des Chriſtmonats vnd denn Bartholomei den *XXV.* Tag des Mertzen *Anno M. D. LXX.* In Gott Selig entſchlaffen/ alle deß Ehrwirdigen

gen Balthaſar Mentzen/dieſer Kirchen Pfarherrs geliebtẽ Söhnleins alhie nach Chriſtlichem brauch ehrlich zur Erden beſtadt.

Ehe du eingehſt zur kleinen Thüer
So ſich zur rechten Handt für dir/
Da ſeind drey Junge Mentzelein/
Vnter der Erdt verwahret fein
Die ſchlaffen bis Chriſtus Gottes Son/
Vom Himmel kom ſie wecke ſchon
Denn werden ſie mit groſſer frewdt
Dort wachen in alle Ewigkeit.

Martinus Mentzius zu ſeiner lieben Brůder Chriſtlichen gedechnus.

## Iohan Löſer.

## D. O. S.

IOhanni Löſer in Prætzſch, Marſchallo Saxoniæ Hæreditario, curiæq; prouincialis VVitebergæ Præſidi & Illuſtriſſimo Duci Saxoniæ Prin. Elect. Auguſto à conſilijs &c. Viro generoſa

*neroſa nobilitate, pietate, ſapientia, virtute atq; autoritate præſtantiſſ. in Chriſto Ieſu piè defuncto: Agnes de Bunavv coniunx mœſtiſſ. marito fideliſſ. Heinricus, Iohannes, VVolffgangus VVilhelmus, Rudolphus, Auguſtus, Catharina, Agnes, Anna liberi mærentes patri chariſſimo H. M. P. C.*

*Obijt anno Chriſti M. D. XXC. D. X. M. Octobris C. V. Ann: XLIIX. M. II. H. 13.*

Hoc monumentum atro marmori inſculptum viſitur in templo Prætzenſi ad murum meridionalem, cum ſequenti epigrammate marmori Porphirico inciſo.

*Siſte gradus hoſpes tumulum neu ſperne ſepulti*
*Qui iacet hic armis claruit atq; toga.*
*Maxima Iohannes Löſeræ gloria gentis:*
*Nobilitatis honor militiæq; decus.*
*Teſtis Erenburgum bellorum inſignibus auſis*
*Teſtis Mauritij Peina cruenta nece.*
*Et tu Chriſticolæ Mahometice ſanguinis hoſtis*
*Gotanæq; arcis mœnia iacta ſolo.*
*Felix prole parens dena, atq; vxore maritus*
*Prætzenæ ſtruxit ſplendida tecta domus.*
*Nunc raptum ante decem vitæ quinquennia luget*
*Patria conſilijs vix habitura parem.*

Diß ſchöne vnd kunſtreiche Marmor-ſteinen begrebniß haben dem Edlen Ge-ſtrengen vnd Ehrnueſten Johan Löſern ſeine hinterlaſſene Erben in der Kirchen/ gegen dem Predigſtuel vber an der Mawr alſo auffrichten laſſen/ vnd iſt ſonderlich der verſtorbene in weiſſen allabaſter vnnd gantzem Chüriß/ für einem Crucifix/ wel-ches auch von Allebaſter/ kniend/ mit ge-faltenen Henden außgehawen/ als ob er den gecreutzigten Chriſtum anbetet/ hin-der dem crucifix ſind zwey ſchöne Mar-morſteinen Seulen vnd zwiſchen denen 2. tugende als Spes vnd Perſeuerantia vnd vber den Seulen der Löſer Wapen mit Schilt/ Helm vnd Decke/ daſſelbe halten Fides vnnd Iuſticia. Hinder dem Löſer ſind wieder 2. ſchöne Seulen/ vnd zwiſchē denſelben aber 2. tugenden/ nemlich Pru-dentia vnd Fortitudo, vnd oben drauff ſeines Gemahls Fraw Agniſen von Bu-naw Wapen mit Schilt/ Helm vnd De-cke/ daſſelbe halten Temperantia vnnd Charitas. Darnach zu beyden ſeiten der

16. An-

16. Anherrn Wapen/ als der Löſer/ der von Heinitz/ der Pfluge / der von Schleinitz/der von Puntzinck/der von Mulcken/ der von Rammelburgek/ der von Saltz/ der von        der von Haubitz/der von Kauffungen/der Pfluge/ der von Ebeleben / der Herrn Schencken/ der Löſer/ der Pfluge vnd drüber im ſimſen folgenden Sprüche.

Der Gerechten Seelen ſind in Gottes Handt vnd keine qual rühret ſie an. *Sapient.* 3.

HErr deine Todten werden Leben vnd mit dem Leichnam aufferſtehen. *Eſa.* 26.

Was lebt/daß ſtirbt durch Adams Noth/
Was ſtirbt dz lebt durch Chriſti Tod.

Vber dieſen Sprüchen vnd ſimſen iſt das Jüngſte Gerichte/ vnnd vber deſſen ſimſen der Heilige Geiſt vber dem Gott der Vater / nach den ſimſen aber der HErr Chriſtus mit den vier Euangeliſten/

liſten / alles künſtlich vnnd ſehr zierlich als mans zu Venedig / Rohm oder Neapeln finden mag.

## Auff der Erden im Grabſtein alſo:

Der Edle/Geſtrenge vnd Ehrnueſte Hans Löſer Erbmarſchall in Sachſen auff Pretzſch Churfürſtlichen Sechſiſchen fürnemen Raht/ lebte in ſeinem glücklichen Eheſtand 26. Jahr / entſchlieff in Gott ſeliglichen am 9. tag Octobris / ſeines alters im 49. vnd nach Chriſti Geburt im *M. D. LXXX.* Jahre / ruhet alhier im HErrn Jeſu / derſelbe wolle jhn vnd alle Chriſtgleubigen am Jüngſten Tage zum Ewigen Leben erwecken / Amen.

Vnter

Vnter dieſer Schrifft iſt ſein Wapen/vnd darneben ſeiner Haußfrawen Grab mit folgender Grabſchrifft.

Die Edle viel Ehr vnd Thugentſame Fraw Agniß deß Edlen / Geſtrengen vnnd Ehrnueſten Hanſen Löſers Erbmarſchallen zu Sachſen auff Pretzſch ſeligen eheliche Haußfraw/ eine geborne von Bunaw/ iſt den 29. tag Januarij deß 1586. Jahrs jhres alters im 49. Jahr in Gott ſeliglich entſchlaffen/ ruhet alhier in dem HErrn Chriſto/ derſelbe wolle ſie vnnd alle Chriſtgleubige am Jüngſten Tage zum Ewigen Leben erwecken / Amen.

Nach dieſer Schrifft folget jhre Wapen im ſelben Stein außgehawen.

Oben auff der Juncker Pforkirchen iſt gedachter Löſer in einem ſchwartzen Sammetröcklein vnnd beinkleidern mit weiſſen ſtieffeln geſport / vnd mit einem Schwert vnnd Tolchen vmbgürtet / als ſchlieffe er auff einem Bette / gar artig abgemahlet vnd vber jhm alſo geſchrieben.

Der Edle Geſtrenge vnd Ehrnueſte Hans Löſer Erbmarſchall zu Sachſen auff Pretzſch / Churfürſtlicher Sechſiſcher fürnehmer Raht vnnd Vice Hoffrichter zu Wittenberg / iſt den 9. Octobris im 1580. Jahr / frü̈e zwiſchen 2. vnnd 3. vhr in brinnenden Glauben vnnd wahrer Anruffunge Chriſti Jeſu ſeines vnnd aller Gleubigen Heylands ſanfft vnnd ſeliglichen von dieſem Jammerthal abgeſchieden / vnd gelebet 48. Jahr 9. Monat 4 Tage

deſſen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0090-8

deſſen Seele in der ewigen Frewde/ ſein Leib aber der frölichen Aufferſtehung erwartendt.

Der Spruch S. Pauli/ mit welchem er ſich/ do er ſchon in Gottes gewalt gelegen/ gegen ſeinen Seelſorger vnnd allen vmbſtehenden getröſtet hat/ Rom. 14.

Keiner lebt jhm ſelber vnd keiner ſtirbt jhm ſelber / leben wir ſo leben wir dem HErrn / ſterben wir ſo ſterben wir dem HErrn / darumb wir leben oder ſterben / ſo ſind wir deß HErrn.

Weißheit im 4. Cap. Der Gerechte/ ob er gleich zu zeitlich ſtirbt/ iſt er doch in der Ruhe (denn daß Alter iſt ehrlich/ nicht das lange lebet / oder viel Jahr hat / Klugheit vnter den Menſchen iſt daß rechte grawe Haar / vnnd ein vnbefleckt

Leben iſt das rechte Alter) denn er gefelt Gott wol/ vnd iſt jhm lieb/ vnd wird weggenommen auß dem Leben vnter den Sünden / vnnd wird hingerůckt / daß die boßheit ſeinen verſtandt nicht verkehre / noch falſche Lehre ſeine Seele betriege.

## Martini Mencii.

*Martino, iuueni pietate, fide & omni virtutum genere præſtanti, R. Balthaſaris Mencij & Barbaræ Iegerinæ filio, quem in ipſo ætatis flore ex oculis hominum mors eripuit, pater in acerbo officio diligens hoc monumentum pro munere extremo cum lachrymis poſuit. Diem ſuum in vera filij Dei inuocatione obijt Eckmanſdorpij in comitatu Zanenſi anno Chriſti M. D. LXXXII. Die 24. Nouemb. ætatis ſuæ 26.*

*Corripit*

*Corripit ira pios etiam cæleſtis & vrget*
*Hinc vt ſplendidius Gloria dia micet.*
*Natus in hanc lucem ſine munere lucis, adepta*
*Luce tua, cecinit pharmaca, Chriſte, manus.*
*Auxerunt laudes ſuperum, acri pectore* IOBVS.
*Et qui Chaldæam Rex moderatus humum eſt.*
*Illi detractis opibus, lue corpus obumbrat:*
*Hunc Nemeſis, dempta mente reponit humi.*
*Illi blanda ſalus tamen, huic mens reddita: miti*
*Acceptum retulit munus vterq́; Deo.*
*Me quoq; crudeli pungebant fata flagello:*
*Inq́; meo requies non fuit vlla ſinu.*
*Quando mihi lucem rationis demerat angor:*
*Amplius humanæ nec locus eſſet opis.*
*Sed quia cæleſti pulſa eſt ope lurida peſtis:*
*Cum mors ærumnas ſoluit amica meas.*
*Iam ſuperos inter meditor præconia Chriſto:*
*Cui mens Baptiſmi fædere iuncta fuit.*
*Diſce meo fato pietati incumbere: Si ſors*
*Sæua pios vexat: quæ metuenda malis?*

B. M. P. C.

Chriſtum ehrt ich auff dieſer Erd/
Hielt Tugent vnnd ſein Wort ſehr werd/
Vnd wuſt daß Gott auß ſonderm Raht
Den Menſchen offt gequelet hat.

Allein

Allein zu ſeines Namens Ehr/
Wie ſolches bezeugt Chriſtus der HERR/
Mit dem der Blind geboren war/
Darzu Jobs vnſchuld hell vnd klar/
Nebucadnezar vnd ander mehr/
Die geſtrafft an witz/ Leib/Gut/ vnd Ehr.
Gros quell vnd ſchmertz ich auch befind
An meinem Leib/ wie es dann kund
Do mir vor angſt mein Sinn zertrun
Vnd alle Menſchlich hülff zurun
Doch dancke ich nun dem wahren Gott.
Daß er mit gnad mir geholffen hat.
Vnd nauff genommen ins Him̃els tron/
Zu lob vnd Preiß ſeines lieben Son/
Der behůt dich durch ſein Göttlich Gnad
Für ſünden vnd allem daß dir ſchad.

Sepultus in cæmeterio ad ſiniſtram maioris Ianuæ & latus Sororis.

## Balthaſaris Tileni.

## EPITAPHIVM.

Honora-

*Honoratiſſimi viri, Dn: Balthaſaris Tileni, ciuis Nimecenſis optimi, qui beatè in Domino obdormiuit, Anno M.D. LXXXIII. Die 27. Decemb. hora poſt meridiẽ nona: Huius cineri atq; oſsibus ſpe certiſsima ſalutiferæ reſurrectionis & fide ductus Balthaſas Mencius facultatis philoſophicæ in Academia VVitebergenſi Magiſter & Poëta Laureatus chariſſimo ſuſceptori ſuo monimentum hoc gratitudinis ergo poſuit, tantiſper dum cæleſti diuinæ vocis tuba excitatus reuiciſcat, & ad beatum omnium ſanctorum cœtum lætiſsimè transferatur.*

Quando malum vetita Carpſiſſet ab arbore malum
Ille parens hominum primus, & autor Adam;
Morborum fœcunda ſeges manauit in orbem,
Et letho facta eſt ſerpere lata via:
Vnde bonus pariter prauosq; inuadit: at illi
Diſpari li Cœſi conditione cadunt.
Namq; pij capiunt æternæ gaudia vitæ,
Donaq; pollicitis vberiora ferunt:
Impius at ſacri qui ſpreuit dogmata verbi,
Accedit ſtygio grata rapina lupo.
Prôin quia te Tilene ſuum ſenſêre patronum
Cum pietate fides, Cumq; Fide pietas;

Chri-

*Chriſtus homo Diuus reſidens ſuper æthera cœli*
*Te voluit ciues inter habere ſuos.*
*Quantumuis triſti conſumptus imagine morbi es*
*Dum linguæ ſentis plectra ligata tuæ.*
*At tu quiſquis ades viſum monumenta, Viator,*
*Huius in exemplum dirige cuncta viri.*
*Huic eſt parta quies, noſtros fortuna labores*
*Verſat adhuc varijs inſidioſa modis.*

Tumulus eius in cæmeterio Nimecenſi conſpicitur.

INSCRIPTIO SEPVLchralis ad tumulum:

Reuerendi & doctiſſimi viri D. BALTHASARIS MENCII, SENIORIS, HERFORDIAE ET DAVENTIAE, CIVITATIBVS LIBERIS.

*Cum ſingulari ingenio, induſtriaq́; polleret, primis initiati literis:*

Ac deinde magni illius totius Germaniæ luminis MARTINI LVTHERI, verbum diuinum ad viuū à pon-

à pontificiorum tenebris VVitebergæ reſerantis diſcipuli diligentiſſimi:

*Virorum incomparabilium Iohannis Bugenhagij, Philippi Melanthonis, & Pauli Eberi, amici integerrimi, ſtudiorumq́; ſocij:*

*Poſt Serueſtæ primum, principatus Anhaldini, deinde Saltzæ, Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, tandem Nimeci Electoratus Saxoniæ, oppidorum Philoſophiæ mundanæ, ac demiq; diuinæ illius Theologiæ circiter LX. annos explicatoris & doctoris ſolertiſſimi:*

Pietate, vitæ innocentia, humanitate, benignitate erga omnes, & cõſtantia non modo omnibus ſed etiam ſeipſo ſuperioris:

*Poſt multiplices demum labores, ſub tribus Saxoniæ Electoribus Iohanne Friderico, Mauritio, & Auguſto exhauſtos vireſq́; exantlatas, cum annũ attigiſſet feliciter LXXXV. piè in Chriſto & filij Iohannis complexu Eckmanſdorpij, in Elect: Saxon: mortui, ibiq́; in æde ſacra ad dextrum aræ cornu ſepulti die 17 M. Iulij Anno ſalutis M. D. LXXXV. pietatis*

ſis ergò à liberis ad parẽtis memoriam luctusq́;
tui ſolatium honorifice erecta:

Verba eius nouiſſima:

Tandem grata venis mors, & me corpore ſoluis,
Libera ſiderei mens vagor arce poli.
Heu qantas curas & quanta pericula ſenſi,
Incola dum terræ triſtis & æger eram.
Vidi, ſaluificum qui vellent dogma Lutheri
Opprimere & verum relligionis opus.
Non cineres tutos à bello præſtitit vrna,
Cum mutis vmbris conſeruêre manus.
Preſſa diu, non oppreſſa eſt ſententia Veri,
Sed potius creuit viribus aucta nouis.
Huius amator eram, hanc diuini voce Lutheri,
Cognoui, & dictis magne Philippe, tuis.
Hanc docui intrepido, dum vixi pectore templis
Atq; ſcholis, operæ pro ratione, meæ.
Hanc precor vt nati teneant, omnesq́; minores:
Munere non poſſunt nobiliore frui.
Exemtus miſeris in portu nauigo rebus,
Natis, quæ peragrent ſunt freta magna meis.

Aliud.

Balthaſar hac ſenior requieſcit Mencius vrna,
Qui rexit luſtris templa ſacrata decem.
Auditor quondam Lutheri, vnaq́; Philippi,
Deinde paraſtates fidus Ebere tibi.

Vixit

Vixit Olympiades ter quinq́, ſed inſuper annos
Addidit, vt ſcandit cælica tecta decem.
Qua velut emeritus ſupremum eſt nactus honorem
Gaudiaq́, è meritis, non onera vlla, capit.
Quemq́, fide, & ſancto eſt, verbi face, ſine profeſſus,
Hunc facie coram nunc ſine fine videt.
Huic, Lector, requiem, & natis, quotcunq́, ſuperſunt
Optata ex animo fata precare bono.

M. Ioan. Pomarius P L. Magdeburgi ad D. Petrum Paſtor,

## Grabſchrifft/

DEr Ehrwirdige vnd Wolgelarte Err Balthaſar Mentzius nach dem er das 85. Jahr ſeines alters mit guter Vernunfft erreicht / vnnd vnter drey Churfürſten zu Sachſen / das lauter Euangeliū beſtendig vñ mit freidigen hertzen öffentlich gelehret / iſt entlich Sonnabent den 17. Julij *An. M. D. LXXXV.* gegen tage ſanfft vnd ſelig im HErrn entſchlaffen /

vnd folgents fünfftē Sontag nach Trinitatis in der Kirchen vor dem Altar Chriſtlich begraben / Gott verleihe jhm eine fröliche Aufferſtehung zum Ewigen Leben.

Von Herforde auß Engerlandt
Gen Wittēberg mich Gott hat gſand/
Wie Doctor Luthr der groß Prophet/
Recht Gottes Wort da predign thet/
Den thewren Helt vnd ander Herrn
Hört ich daſelbſten trewlich lehrn/
Darnach der Jugendt dient ohn ſchew/
Zu Zerbeſt/ Saltz vnd Nimeck frey.
Entlich lehrt ich auch Gottes Wort/
Mit gantzem fleiß vnd pflantzt es fort/
Biß in das ſieben vnd viertzigſt Jahr
Doch nit ohn ſchmertz vñ Leibs gefahr/
Do ich fünff Keyſr erlebet nu/
In Sachſen fünff Churfürſtn darzu
Vnd fünff Pfarrers hett auch gehat/
Zu Wittenberg in der Churſtadt/
Mein Gott mir auch gegeben hett/
Siebn Söhn / ſiebn Töchter in zwe Ehebett/

Vnd erreicht fünff vnd achtzig Jahr/
Nam mich Gott auff zur seelign ſchar.
Deß preiß ich jhn durch Chriſti Blut/
Der geb dir was der Seelen gut.

Beſtendig mit Neidt.

## Zachariæ Mencij.

### PIIS MANIBVS.

*Zachariæ, egregiæ indolis magnæq́ ſpei pueruli R. Iohannis Mencij, filioli dilectiſs: Anno M. D. XC. die 29. Martij Eckmanſdorpij in lucem editi, poſtea die 19. Iulij Anni M. D. XCII. miſerè circa veſperam in palude ſubmerſi, cum vixiſſet annos II. Septim. XVI. Dies 5. pater hoc cordolij monumentum in acerbiſsimo luctu cum gemitu collocauit.*

*Hic cubo Menciade proles ſata ſtirpe Iohannis*
*Zacharias, trimus vix puer interij.*
*Delectabar aquis: perij ſubmerſus in iſtis,*
*Mens latet in Chriſti non peritura ſinu.*

*Diſcite mortales hæc quam ſit vita caduca,*
*Si tamen hæc vita eſt, quæ velut vmbra fugit.*

Sepultus in templo ad ſiniſtrum aræ cornu.

## Grabſchrifft/

DEß holdſeligen frölichē Kindleins Zacharias Mentzen/ Deß Ehrwirdigen Johan Mentzen Pfarrers alhier hertzlichē Söhnleins/ welches am 29. tage deß Mertzen anno 1590. geborn/ vnd den 19. Julij deß 1592. Jahrs in einem Teichlein erbermlich erſoffen/ vnd in dieſer Kirchen zur lincken deß Altars begraben/ GOtt verleihe jhm eine fröliche Aufferſtehung zum Ewigen Leben.

Zachrißle Johan Mentzen Sohn/
Wart hie zur Erd beſtattet ſchon.

Als

Als er zwey Jahr erreichet hett
Vnd ſechzehen Wochen leben thet/
Do iſt ſein Seel durchs Waſſers noth
Vom Leib geriſſen durch den Todt/
Sein Vater vnd Mutter zu der fart/
Deß beide ſind betrübet hart.
Drumb jhm gemacht zwey Grebelein
Im Erdreich vnd ins Hertzenſchrein/
Drin liegt er nu mit fried vnd ruhe/
Biß daß der Jüngſte Tag kömpt herzu.
Alsdann wird jhm auch werden gleich
Mit andern Kindern irs Himmelreich/
Wie Jeſus Chriſtus klerlich lehrt
Daß niemand dann der ſich bekehrt/
Vnd gleich wird einem Jungen Kind
Ein bleibend ort im Himmel ſind/
Wer nun die ewige Frewd begert/
Der führ allhie auff dieſer Erd/
Ein Kindiſch Lebn vnd ſterben lern/
So wird jhm Gott der Vater gewehrn/
Die ewig Frewd vnd Herrligkeit
Die er ſein Kindern hat bereit.

## Ernſt Chriſtoph. Mencij.

### DEI OPT: MAX: AVSPICIIS.

*ERneſtus Chriſtophorus R. viri doctrina & fide præſtantis D: Iohannis Mencij, huius Eccleſiæ miniſtri filiolus tenerrimus inter parentum ſuſpiria beatè ex hac vita diſceßit Eckmanſd. Anno M. D. XCIII. M. Mart. D. X. cũ in his terris vixiſſet menſes tres, pater mæſtiß. filio chariß. hoc amoris ſignum poſuit.*

*Qui ſubij vitæ de limine, limina mortis:*
*Hoc moriens poſui membra tenella ſolo.*
*Diſce breuis quã ſis æui, velut vmbra, viator,*
*Mors ſequitur iuuenes decrepitosq́ ſenes.*
*Abijce longæuæ ſpem vitæ, teq́ memento*
*Maturum morti quolibet eſſe die.*

Sepultus ante altare iuxta Zachariam fratrem.

### Grabſchrifft/

ERnſt Chriſtoff Mentzen/ deß Ehrwirdigen Johan Mentzen Pfar-

Pfarnern alhier zu Eckmansdorff/ hertzlieben Söhnleins / ſo anno 1592. dē 29. Mertzen im HErrn entſchlaffen / ſeines alters drey Monat Gott verleihe jhm eine fröliche Aufferſtehunge.

Mit trawren vnd ſehr groſſem leidt
Hat Johan Mentze zu der zeit/
Ein kleines Kind verſchart alhie/
Das ruhet nun ſanfft ohn angſt vnd mühe.
Welches nach dems iſt geborn auff Erdt/
Der heilign Tauffe auch gewehrt
Vnd Ernſt Chriſtoffer wordē gnent
Im dritten Jahr ſein Leben endt/
Fuhr ſchnel wie ein Röſzlein dahin
Welchs verletzt wird durchsgifft der ſpin/
Obs nun wol ſcheint geſtorben ſin/
Iſts doch ſein Leben vnd Gewin/
Dann wann diß Leben lang gewehrt/
Wirds nur mit vieler Sünd beſchwert/
Dem Kindlein aber wird zugleich
Das Leben vnd das Himmelreich

Deß ſich ſein Vater tröſt zur zeit
Vnd rieff zu Gott mit innigkeit
Wolt jm ein Seligs ſtündlein gebn
Vnd endlich auch das Ewig Lebn.

## Barbaræ Menciæ.

## LACHRIMAE.

*BAlthaſaris Mencij, Nimecenſis M. & Poëtæ Cæſarij, effuſæ ad tumulum pijſsimæ Sororis ſuæ Barbaræ ciuis Sidoenſis, fæminæ omni matronali virtute ornatiſsimæ, in ardenti Chriſti Ieſu inuocatione beatiſsimè in complexu ſuorum mortuæ Anno ſalutis humanæ M. D. XCVI. Die XX. Nouembris ætatis ſuæ LIV. coniugij XXXII. Oſſa cubiculo incluſa, expectant redemptorem reſuſcitaturum mortuos in Domino ad vitam & læticiam ſempiternam.*

*O matronarum decus, & ſpes magna tuorum*
*Barbara, quæ ſubita te tulit hora vice?*
*Atra dies, inimica dies, nigriſq́ lapillis*
*Signanda, & lacrymis condecoranda pijs.*
*Pullatæ matres queruli date ſigna doloris,*
*Ad propera ad lacrymas tu ſacra Relligio.*

Nam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0106-3

*Nam veſtri cecidit decus ingens ordinis, & quæ*
*Menciadæ nuper ſpes fuit ampla domus.*
*Spargite vos flores cineri iuuenes, date Carmen*
*Luctiloquum, & gemitus ſic releuate meos.*
*Tuq; anima æternum felix ſuper æthere viue*
*Craſtina coniunget nos tibi fortè dies.*

Sepulta in cæmeterio ad murum templi meridionalem ſub horologio, cum maximo bonorum omnium deſiderio.

Die Erbare Vieltugendtſame frome Gottsfürchtige Fraw/ Barbara Mentzin/ Weilandt der Erbarn/ Eraſman Hechts vnd dann Jacob Reichards Bürgern zu Sido Eheliche Haußwirtin/ von deren jeden ſie ein Son vnd Tochter hinderlaſſen/ iſt den 20. Nouember des *M. D. XCVI.* Jahrs in Chriſto Jeſu Selig entſchlaffen vnd alhier Chriſtlich zur Erden bracht/ jhres alters

alters im LIV. vnd des Eheſtandes im XXXII.

Die zeit meins Lebens war mein Troſt/
Daß Chriſtus mich vom Tod erlöſt
Dem hab ich nu mein Seel vertrawt
Der Erden mein Gebein vnd Haut.
Am Jüngſten Tag wird Haut vnd Bein
Vnd die Seel widr zuſammen ſein/
Dann werde ich Chriſtum leiblich ſehen/
In meinem Fleiſch ſo wirds geſchehen/
Daß er mich führt ins Himmels Thron
Vnd mir da geb deß Lebens Kron
In dem ſchlaff ich in guter rhu/
Biß ſich der Jüngſt Tag ſind herzu.
Denn werd ich wachen in fried vnd frewd
Mit allen ſeelign in Ewigkeit.

Iohannes Mencius.

## Iohannis 2. Ieſſæi.
## IN TVMVLVM.

IOhannis ſecundi Ieſſæi Galli Viri nobilis, Poetæ Hiſtorici Excellentis, qui multis regio-

*regionibus perluſtratis, in Electura Saxoniæ prope pagũ Rotz Anno M. D. XCVII Menſ. Nouembris ab auriga latrocinante, nefariè trucidatus, ſolemnes exequias habuit.*

*Solemni doctos mactarem Carmine manes,*
*Si non dedecores ſufficerem in lacrumas.*
*Sed mihi verba licet vix hiſcere tertia; vix hoc:*
*Tam citò funeſtas hic eat ad tenebras?*

*Quem, vitæ diuturna magis ſi dona fuiſſent,*
*Præferret magnis didita fama viris.*
*O fati brutam feritatem? nempe nec iſti,*
*Antiquum vt tereris, parcere Parca potes?*

*Ne ſis parca parum, peregrinum hoc orbe trucidas:*
*Crudaq́ꝫ ſæuitiæ das documenta tuæ.*
*Quantum erat, vt patrium paterère reuiſere celum?*
*Forte nec ingratus ille futurus erat.*

*Vel ſaltem egiſſes, communi more viáque*
*Communem functis poſſet adire locum.*
*Poſt exantlatos terraq́ꝫ mariq́ꝫ labores*
*Inijcis atroces ſanguinolenta manus.*

*Anglia cum Gallis cum Danis Suecia, tantum*
*Deſerere officijs erubuere virum.*
*Inuenta eſt truculenta manus, quæ ſanguine poſſet*
*Teutoniæ in medio ſe ſcelerare ſinû.*

Sed

*Sed quiſquis fuit hic, Germani pectoris hilum,*
*Non habuit: monſtri mater Hyæna fuit.*
*Hyrcanæq́; Cruenta admorunt vbera tigres:*
*Formauitq́; trucem Cruda Megæra animum.*

IANE SECVNDE, *tuæ quam non vana omina mentis:*
*Cum tutelari ſoluere vota iouæ*
*Nuper ad Oceani te Nereus oſtia vidit,*
*Miratus tantam Cum pietate fidem:*

IOVA *pater, mea ſors, mea mors, mea vita, precor te*
*Agmina militiæ, ſicut in ante, tuæ*
*Da mihi præſidio; ne vi graſſator apertâ*
*In pago, aut furtim me occupet intenebris.*

*Debita vota quidem; mala ſed præſagia: Ventus*
*Vota, motuta dies atra pericla tulit.*
*Cui te crediderας, ferro occubat; exſuuiasque*
*Latro Cruentatis fert ſceleratus equis.*

*Illacrumant Muſæ; vultum Germania nubit.*
*Mi dolor emulſos eggerit ah! oculos.*
*Triſte genus leti tumuli Compenſat honeſti*
*Pompa quidem. At Cunctos heû tamen alloqueris:*

*Quiſquis es, innocuas poſiti miſerare fauillas,*
*Hoſpitium heic tellus mi peregrina dedit.*
*Nec ſperabam equidem: ſed quid fugiaſuè petaſuè,*
*Heic ſtitit abruptum mors mihi triſtis iter.*

Fune-

Funereas Libitina faces per Compita quaſſat:
A me longinquæ diſce pericla Viæ.

Ieſſæus hic fuit natione Gallus, nobili genere ſatus, Hiſtoricus & Poëta inſignis quod teſtantur Pſalmi ab ipſo Carmine redditi, aliaq́ eius generis haud Contemnenda, quæ extant publicè. Relicta patria, vbi prius Comitum quorundam Baronumq́ Pædagogum egerat, Cum exterarum regionum viſendarum Cupiditate incredibili flagraret, in Angliam primum, exinde in Daniam Sueciamq́ multorum illuſtrium virorum literis Commendaticijs ornatus penetrauit. E Sûecia Lubecum, vrbem imperij liberam ad Trauenam fl: appellens, Cum laudes Deo pro felici in Germaniam deductione Carmine ſoluiſſet, iamq́ ad aulam Electoris Brandeburgici iter haberet, Magdeburgi forte fortuna in Eſſedariũ Marchicum incidit, latinæ linguæ vtcumq́ gnarum, Cuius operam vecturæ vſq́ ad locum destinatum precio Conducit, ſed euentu eheu infelici.

Nam latro animaduertens homine pecunia veſtibusq́ elegãtibus inſtructũ, prædæ cupidus, cũ tota nocte per ſaltum, quem vocant, Bran-

*Brandinum iter habuiſſet, mane illuceſcente aurora, ſaltuq́; iam ſerè emenſo, obdormientem forte in vehiculo neſariè trucidat. Superueniente autem ruſtico, latro quanta poteſt Celeritate Concitatis equis, auolat, relicta in via bipenni ſanguinolenta, patrati facinoris indice. Verum iuſſu viri nobiliſsimi Bennonis Friderici Brand: à Lindo in VViſenborg, cuius in territorio cædes perpetrata fuerat, facta inquiſitione diligenti, nō longè poſt ex indicio equorum agnitus Comprehenditur, rotaq́; inſernè contuſus patratæ cædis meritas pœnas exoluit eo ipſo in loco, vbi virum nobilem interfecerat, cuius exuuiæ in vicino pago Roitz terræ mandabantur.*

## Petri ab Oppen.

## EPITAPHIVM.

*Nobiliſsimi, ſtrenui & cordatiſsimi Herois, Petri ab oppen in Schlaulach & Senſt, viri militaris gloria, virtute, ſapientia, multarumq́; rerum vſu exercitatiſsimi deq́; patria meritiſsimi, è viuis in pago Senſt prin-*

*cipatus Anhaldini ſublati, Anno M. D. IIC. die XXIV. Menſ. Ianuar. & in hoc templo Schlaulachenſi ditionis Brandeburgicæ ante aram à ſuperſtite ſobole honorificè tumulati, cum vixiſſet annos LXXII.*

Dum cadit Oppiadûm prognatus ſtemmate, Petrus
Et patriæ eripitur pignoribusq́; pater.
Non ſat erat, claræ ſplendeſcere origine ſtirpis
Vera animi geminat nobilitate decus.
Præclarum nomen ſibi Martis ab arte parauit
Oppiades priſcæ nobilitatis apex.
Armis quantus erat didicit quondam Vngara Enyo,
Francica teſtatur, Saxonis ora tenet.
Hunc habuit fidum ciuilis cauſa patronum
Ac iuuit Clarium qualibet arte Chorum.
Numinis innocuus cultor, pietatis alumnus
Strenuus, & veræ relligionis amans.
En iacet exiguo (quid gloria tanta?) ſepulchro
Et tegitur parua nobile pectus humo.
Sed meliore ſui reuera parta ſuperſtes,
Splendida ſupremi numinis ora videt.
Expectatq́; diem ſub humo putrefactus ab inde
Quando dabit cunctis præmia digna Deus.

Pſal: CXII.

Bonorum Memoria Sempiterna.

# Grabſchrifft.

DEs Edlen Geſtrengen vnnd Ehrnueſten Peter von Oppen auff Schlaubach vnnd Senſt / welcher der 23. Januarij in der nacht deß 1598. Jahrs im HErrn ſelig entſchlaffen / nach dem er das 72. Jahr ſeines alters mit guter Vernunfft erreicht / vnd von ſeinen zweyen Söhnen vnd einigen Tochter alhier zu Schlaubach im Churkreiß Brandenburg für dem Altar Chriſtlich zur Erden beſtattet / Gott vorleihe jhm vnnd allen Chriſtgleubigen eine fröliche Aufferſtehunge.

Für Paulls bekehrung einen Tag/
Zu Senſt in Anhalt es geſchach:
Daß ſeelig ſchied auß dieſer Welt
Der Geſtrenge Edle Werde Held/

Von

Von Oppen Juncker Peter/ war
Deß alters zwey vnd ſiebentzig jahr.
Sein löblich Geſchlecht er ſelber hat/
Gezirt mit Ritterlicher That.
Bey Keyſer König Fürſten vnd Herrn/
Den er gedient mit groſſen ehren.
Weil er dem Feind ſich offt im Feldt
Erzeigt ein kühnen ſtarcken Heldt.
Wie ſolche Tugend rühmpt zu handt
Auch Franckreich / Vngern / Sachſenlandt.
Daß Recht vnd die Gerechtigkeit
Hat er in guter acht allzeit.
Darzu liebt er auch Gottes Wort/
Vnd halff es trewlich Pflantzen fort
Sein Glauben ohne ſchew bekent
Selig in Gott das Leben endt
Nuhn ruht er in der Erden Klufft/
Biß jhn vom ſchlaff Gottes Sohn auff rüfft/
Dann wird er mit der Seligen Schar
Gott lobn vnd preiſen Jmmerdar.

Johan. Mentzius.

# Marthæ Thammiæ
## EPITAPHIVM.

*INſigni pudicitia, fide coniugali & omnibus corporis animiq́ꝫ bonis præſtantiſsimæ fæminæ Marthæ Thammiæ, quæ cum marito R. Dn: Chriſtophoro Lindnero Suidnicenſi huius Eccleſiæ Friburgenſis Diacono fideliſsimo, in vnanimo coniugio vixit Ann. 1. Menſ. III. D. XII. in æternam quietem de migrauit anno ſalutis recuperatæ M. D. XCVIII. Die II. Febr. relicta filia vnica pignore amoris mutui: Scriptum à Balthaſare Mencio Sax. Phil. & Poët: in ſpem glorioſæ reſurrectionis & alleuamentum gemitus luctusq́ꝫ amici chariſs.*

*Hic reperit gelidum fatis ſublata ſepulcrum*
*Coniunx Lindneri Martha pudica viri.*
*Sara maritali fuit hæc lectiſsima cultu:*
*Hanna, ſuis præcibus: Sed Cananæa, fide.*
*Illa quidem iuuenis ſuperas migrauit ad arces:*
*Viſa tamen Pylios exuperare dies.*
*Nam bene dum vixit, Chriſto eſt demortua: Chriſto*
*Qui moritur, Pylios vixit ad vsqꝫ dies.*

Ergo

*Ergo beatorum tempe nunc Martha frequentat,*
*Et quem ſperamus nos, videt illa Deum.*

## Donati Molleri

### MEMORIAE.

*INtegerrimi atque optimi viri Dn: Donati Molleri, Croſſæ; Sileſii, prudentia, humanitate fide ac pietate præſtantis, ciuis ac negociatoris Hamburgenſis primariј, qui beatè in Chriſto obdormiuit, An. ſalutis humanæ 1598. Menſ: Mart. D. 21. ſepultus in hoc templo D. Petri cum maximo bonorum deſiderio: Sara Fencelia vxor, Sara & Anna filiæ orph. marito & patri deſideratiſſ: mæſtiſſ: deſid: mon: vnan: pon: cur:*

*Hac ego Donatus Mollerus condor in vrna;*
*Vt morior, bis ſex luſtra fuêre mihi.*
*Impiger extremos vidi Garamantas & Indos,*
*Et ſenſi vitæ multa pericla meæ.*
*Poſt exantlatos vitæq; viæq; labores,*
*In thalamos iuit virgo pudica meos.*
*Quæ bis fæminea me fecit prole parentem,*
*Altera meq; ſuum SARA vocauit herum*

*Tandem ego pertæſus lachrymoſa hac valle morari,*
*Cum Chriſto cupij viuere & eſſe meo.*

*Nec mora, vota Deus leni mea percipit aure.*
*Et vocat ad ſuperi celſa theatra poli.*

*Terra quod è terra corpus fuit accipit, alto*
*Qui fuit è cœlo, ſpiritus, aſtra tenet.*

*Balthaſar Mencius M. & P. affini*
*ſuo amoris & honoris*
*ergò F.*

## Iohannis Mencij.

*ERuditione, pietate & fide ornatiſſimus vir D. Iohannes Mencius, veritatis diuinæ aſſertor & propagator conſtantiſſimus, huiusq; Eccleſiæ Paſtor vigilantiſſimus, Anno ſalutis partæ M. D. XCVIII. Die IX. Maij ad meliorem vitam demigrans, miſeram hanc cum beatiſſima illa commutauit, annum vitæ agent, L V I I I. Coniugij X I X. Vxor Maria Bernutia maritum, & liberi ſuperſtites Iohannes, Conſtantinus, Hieronymus, Zacharias, Dorothea, Barbara, Maria & Margaritha patrem deſideratiſſimum hoc pientiſſimo poſtre-*

poſtremi muneris affectu lugentes affecerunt.

Hic ſua Iohannes collegit Mencius oſſa,
    Mencius Aonij lausq́; decusq́; Chori.
Mœnibus egreſſus patrijs proficiſcitur vrbem
    Virgineam ſuaſu, magne Philippe, tuo:
Quam poſtliminij repetiuit iure relictam
    Doctrina Eberi captus & eloquio.
Nec mora, ſuſcipiunt cuncti cum laude reuerſum
    Nobilibus dignum præficiuntq́; tribus.
Quos domus Oppiadum Brandiq́; Thumenaq́; virtus
    Ingenio ediderat floridiore bonos.
Hos vbi ad Aonij deduxit Apollinis ædem,
    Et de Caſtalio fonte rigauit aquis.
Ad ſanctas Domini meſſes operarius exit,
    Decrepitiq́; ſubit grande parentis onus:
Cui ceu fidus Atlas humeros ſubiecit & almum
    In dios ſparſit pro patre ſemen agros.
Vxorem duxit lætis maturior annis,
    Quam ſocius thalami conciliabat amor.
Ventilet has illi flammas peramabilis vxor
    Indiuiſa ſacri parsq́; comesq́; thori.
Quæ fœcunda ſatis peperit bis pignora quinq́;
    Aſt obiere duo iam patris ante necem.

*Vt verò officij curis ſenioq́; trementi*
*Fractus adit clari ſidera celſa poli.*

*Iſtius ingreditur veſtigia myſtica natus*
*Eckmanſdorpiadum præficiturq́; ſacris.*

*Quæ ſimul ac totos tredecim promouerat annos*
*Ad fidei canonem, Magne Luthere, tuæ.*

*Ipſe quoq; ad plures abijt, patremq́; ſecutus,*
*Dormit ad extremæ grande celeuſma tubæ.*

Der Ehrwirdige Wolgelarte Er Johannes Mentzius Pfarrer alhier zu Eckmansdorff vnd Dalicho iſt in wahrer anruffung vnd bekentniß deß Ewigen Sohn GOttes ſelig im HErrn entſchlaffen am 9. tage deß Meyen / vnnd in dieſer Kirchen zur lincken deß Altars Chriſtlich zur Erdē beſtetiget. Anno Chriſti 1598. ſeines alters im 58 deß Eheſtandes im 19. vnd deß Pfarampts im 13. Gott verleihe jm

eine

eine frőliche aufferſtehung zum Ewigen Leben.

Johan: Mentzio dem ward durch Gott
Die Pfarr nach ſeines Vatern Tod.
Vnd jhm vertrawt die gantz Gemein/
Nach Gottes Wort zu Lehren ſein.
Zu Magdburg vnd Wittenberg ſtudirt
Nachmaln auch Edlen informirt.
Als die von Oppen vnd von Brand
Vnd die ſo die von Thumen genand
Sein Pfarampt er verrichtet zwar/
Gantz fruchtbar biß ins dreyzehendt
Jahr/
Doch műheſam vnd mit groſſer Noht
Wie jhms hat zugeſchicket Gott.
In dem Chriſtlichen Eheſtand ſein/
Zeugt jm ſein Fraw zehē Kinderlein/
Zwey Sőhn Gott bald hat genom̃en hin/
Vier Tőchter vnd vier Sőhne ſin/
Geblieben nach ſeim Seligen End
Die trawt er Gottes milde Hend
Sein Leib vnd Seel Chriſt ſeinē HErrn
Derſelb wird jm auch nun gewehrn/

Daß er am Jüngſten Tag mit frewd
Mag aufferſtehen zur Seeligkeit/
Weil er ſein Vrſtend iſt allein/
Drumb tröſtlich nun auch wartet ſein.
Wird ſeiner Jugend Sünd nicht dencken
Auß gnaden jhm das Leben ſchencken.
Vnd zu ſich nehmen in ſein Reich/
Den Außerwehlten ſetzen gleich/
Als dann wird er/ wie hier auch dort/
Jhn lobn vnd dancken durch ſein Wort.

Balthaſar Lyre Pfarrer in Oſterreich bey Herr Jacob Frantzen Freyherrn zu Herberſtein.

## Humi verò DORMITORIVM.

*IOhannis Mencij, viri doctrina & pietate eximij, huiusq; Eccleſiæ Paſtoris venerandi, qui incorruptam Euangelij doctrinam fide ſancta, & conſtantia ſingulari an: XIX. ſincere docuit, tandē poſt multiplices labores exhauſtos cum annū attigiſſet LVIII. in ardenti filij* Dei *inuocatione placidè in complexu*

*fratris*

fratris ſui M. Balthaſaris, ſobolis & vxoris expirauit Eckmanſdorpij in præfectura VVittebergenſi die IX. Maij, hicq; ad ſiniſtrum Aræ cornu ſepultus anno recuperatæ ſalutis M. D. XCVIII. glorioſam reſurrectionem expectat.

## ANIMVLA.

Tu quod es, hoſpes erã, nunc me vita exuit atq;
Obruit exuuias mors inimica meas. (hîc,
Sed quia tu fies, quod ſum, poſt funera quæuis
Ipſe tibi fieri, quæſo præcare mihi.

Was du jetzt biſt/ das war auch ich/
Was ich nu bin / das trifft noch dich/
Drumb was man dir als dann ſol thon
Das möcht ich jetzt gern von dir hohn.

Pſal. XXV.

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, ſecundum miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine.

Annæ Oleariæ.

# EPITAPHIVM.

Pientiſſimæ & dilaudatiſſimæ matronæ, Annæ reuerendi & clariſſimi viri Dn. Iohannis Olearij, Superintend. Hallæ Saxonum vigilantiſſ: coniugis deſideratiſſimæ piè & placidè in Chriſto mortuæ: Anno Chriſti 1600. die 10. April. ætatis ſuæ 40. coniugij 21.

Lex immota manet fati, genitabilis ordo
Naſcitur vt pereat, diſperit vt redeat.
Sic quoq; ego viuis exemta Olearias vxor,
Heshuſio magno quæ genitore ſata.
Mortis iter Calco non mortis, mors mihi vitæ
Vita mihi mortis ſemita certa fuit.
Vixi & quem dederas curſum mihi, Chriſte, peregi.
Promta manum miſeris pergere, caſta thoro.
Grata viro, ſoboli gratiſſima, ſedula multis
Officijs: ſed mors neſcit amare decus.
Non perij, præij potius, manſuraq; viuo
Sidereisq; plagis inſita ſtella mico. (in æuũ.
Qui bene obit, nequaquam obit, exit, vt intret
Perpetuum: VIGILA MORS INOPINA venit.

*Saluete Coniunx & liberi ſuperſtites, mortalitatis memores.*

Halæ Saxonum glorioſam expectat reſurrectionem.

## Margarithæ Boſdorpiæ.

### AVSPICIIS IEHOVAE.

*MArgarithæ, Reuerendi Balthaſaris Mencij & Vrſulæ Rheinardinæ filiæ, fœminæ pietate fideq́; diligentia omniq́; matronali laude condecoratæ, viri honeſti ac boni Galli Boſdorpij vxori fidiſſimæ quæ vt ſexus potioris tres, alterius quatuor liberos pepererat, octauum parturiens vna cum fœtu, inter ardentes preces & inuocationem filij Dei placidiſſima morte occubuit, Sebuſij in Baronatu Sidoenſi Anno Chriſti M.DC. Menſ. Sept. Die II. cum vixiſſet annos XXXIIII. & Menſ. 3. Balthaſar Mencius Nimecenſis M. & P.C. Sorori chariſſ. H.M.P.*

*Vt celeri varioq́; venit mors horrida greſſu!*
*Hunc necat infidis Eunoſigæus æquis:*
*Mars alios: illum lento cruciamine Febris*
*Mactat, me miſerum Parca ſeuera necat.*

Nam

*Nam dum ventris onus, fœtum deponere luctor,*
*Officiumq́; piæ parturientis ago:*
*En; cado difficili partus extincta labore,*
*Et luctum pario, cordoliumq́; viro.*
*Sed benè habet. Fidæ dum coniugis impleo partes,*
*Haud potui mortem Pulchrius oppetere.*
*Quid mirum eſt, Racheles fatum ſi triſte ſubiui*
*Quam vitæ, & fidei laude imitata fui?*

Propè murum templi Septentrionalem quieſcit.

Richardi à Schulenborg.



ARA

# ARA SEPVLCHRALIS.

*MAgnifico Strenuo & verè nobili viro genere & ordine equeſtri ſplendidiſſ: eruditione, ſapientia, virtute ac conſilio, rerumq́; geſtarum gloria, clariſſimo ſynceræq́; religionis & æquitatis obſeruantiſſimo.*

Domino Richardo à Schulēborg Ioach. fil. Matth. fratr. Illuſtriſs. Elect. Brandeburg. à conſiliis &c.

*DOmino in LognitZ, Lubenavv, Baronatu StraupiZenſi, Apenbergk, BeZendorff, Lubroſa, VVeſterborgk, Penkun, Zaucha, ZepZin &c.*

Heroi humanitate, ac beneficentia domi foriſq; præſtantiſs: & ab omnibus, inprimis à Brigitta Schonbergia vxore fideliſs: & Ioachimo filio chariſſimo in ſummo ſemper honore habito:

*Qui*

Qui catharro ſuffocatiuo extinctus ad æternæ beatitudinis gaudia ex hac mortali vita placidiſſimè in Domino mortuus emigrauit, cum maximo omnium ordinum luctu ac deſiderio.

*Anno Dei in carne patefacti M. DC. Die XXV. Menſ. Nouemb. terrenumq́ cryptæ orientali templi Libroſani humatum demandauit anno ætatis ſuæ LIII. Hebd. XXI. D. V.*

*Mecænati opt. max. de patria, pietatisq́ & literarum ſtudijs præclariſſ. merito, in ſpem æternæ reſurrectionis & fragilitatis humanæ memoriam: conſecrata.*

*Natus in illuſtri Schuleburgus gente Richartus,*
*Quam decorat priſcæ nobilitatis apex:*
*Vir grauis ingenio præſtans, meritisq́ celebris*
*Pernicies reprobis certa ſed Ara bonis:*
*Promiſſi, fideiq́ tenax, legumq́ patronus,*
*Inprimis Clarij fida columna gregis:*
*Quin & Brigittam thalami qui fœdere iunctam*
*Et ſobolem ſummo fouit amore ſuam.*
*Fatali gelidæ confixus cuſpide mortis,*
*Hoc ſua depoſuit corporis oſſa loco.*

Spiritus

Spiritus angelicis adiunctus cætibus, ante
Æternum lætus viuit ouatq́ Deum.
Ergo dum celeri vertigine curret Olympus
Huius fama viri lausq́ ſuperſtes erit.

Sandipila Libroſæ Luſatiorum in Cripta orientali ad latus parentis honorificè depoſita eſt.

## Elegia lugubris.

O quem te memorem? qua te Richarde Camænâ
Pro meritis poſſim concelebrare tuis.
Tu decus Aonidum, tu gloria Teutonis oræ,
Mens tibi fucatæ neſcia fraudis erat.
Mens terræ natalis amans, mens dedita Chriſto:
Quid Chriſto & patria dulcius eſſe poteſt?
Dia tuis ſemper fauit ſapientia ceptis
Iuſticia in factis omnibus emicuit.
Teſtes ſunt rapido quos ſequana præterit alueo,
Quosq́ ſuo lambit gurgite Tÿbris agros.
Teſtis & in reliquis diuini Cæſaris aula?
Teſtis & imperio ſubdita turba tuo.
Quæ te ceu patriæ patrem deplorat ademptum,
Interitumq́ tuum credidit eſſe ſuum.
Sunt hæc magna quidem ſed enim plus poſcit honoris,
Et ſtudium & pietas & tua cana fides.

Nil

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0129-4

*Nil duxti potius, quam terra vt patria ſaluis*
*Legibus & priſco iure beata foret.*
*Cumq́; videretur quædam impendere procella,*
*Non vacua à curis lux erat vlla tibi.*
*Vt tibi ſubiectos tuta ſtatione locares*
*Arcereſq́; tua de regione malum.*
*Dumq́; ita virtutum celſas contendis ad artes,*
*Te vocat ad cœli Mors luculenta domos.*
*Et nunc communi tua luctu fata ſequuntur,*
*Templa, ſcholæ, ciues, curia, flumen, ager.*
*Magna tamen capiunt omnes ſolatia rurſum,*
*In tua quod gnatus facta ſuperſtes eat.*
*O verè effigiem morum ſpecimenq́; tuorum.*
*Quod munus grata patria mente capit.*
*Ergo velut colis aſtra animo, ſic nomine claro*
*Orbem, dum fuerit gens Schuleburga coles.*
*Salue, ter ſalue, vir maxime: molliter oſſa*
*Ad Chriſti reditum iudicis vſq́; cubent.*

Balthaſar Mencius M. & P. L.
Mecœnati ſuo gratitudi-
nis ergò F.

Ad

## Ad Lectorem.



IOachimus à Schulenborgk eius nominis primus, vir generis nobilitate & omnib. fortunæ bonis longè clariſſimus, Templum Libroſæ in Marchiona-

chionatu Luſatiæ inferioris, addita portione longius fieri, Aramq́; in eo nouam ſplendidè magnificeq́; extrui fecit.

Eius Aræ tabula infima continet natiuitatem Chriſti, & à dextris annunciationem Mariæ, in ſiniſtris Magos munera offerentes puero Ieſu. Supra tabulam hanc eminentiis (liceat hoc mihi vocabulo exprimere, quæ Germanis Simſen oder Leiſten dicuntur) impoſita eſt arca fæderis, ſupraque ſimulacrum Chriſti cruci affixi. Media tabula habet cœnam Domini, & ad dextram Petri ad ſiniſtram Pauli ſtatuam. Tertia quæ & omnium minima, interſepta à media eminentiis, in quibus Schulenburgii viſuntur arma gentilitia, exhibet ſepulturam Chriſti, & ab vna parte primæ; ab altera, ſecundæ eius vxoris inſignia. Apici Aræ impoſita eſt ſtatua Chriſti, pedibus

Draco-

Draconem conculcantis cum vexillo in manibus.

Iuxta Aram duæ ſunt valuæ, per quas tranſeunt vtentes ſacra Synaxi. Earum dextræ impoſita eſt tabula, exhibens agonem Chriſti in horto, & Phænicem. Siniſtra habet Pilatum, Chriſtum flagellandum, & lictores Chriſtum denudantes, nec non Pelicanum. In ipſis verò valuis picti ſunt 4. Euangeliſtæ.

Adhæc ſuggeſtum in prædicto templo nouum ædificari curauit, cui baſis loco ſuppoſita eſt ſtatua Moſis cum virga ingenti; quaſi dorſo geſtantis ſuggeſtum. Corpus ſuggeſti habet 4. Euangeliſtas & inſignia gentis Schulenburgicæ, ſcitè admodum arſculpta in tabulis ligneis, & auro argentoq; plurimo ornata. Pila cui adhæret ſuggeſtum, exornatur imagine Iohannis Baptiſtæ, nec non Lutheri & Phil. Melanthonis.

Sub altari cryptam fieri fecit, commune pro ſe, filio & nepote conditorium.

Moriturus autem teſtamento cauit, vt filius quem vnicum habebat Richardus Epitaphium ſibi collocari curaret, decretis in eius ſtructuram M. CCCCC. aureis.

Verum filius trecentos ſummæ huic adiiciens, piè ſimul & magnificè vt generoſum virum decebat, ſupremam patris voluntatem eſt executus. Et hæc quidem neſcius ne eſſes, lector amice volui.

Sequitur:

## Deſcriptio Epitaphij & ſepulchri Ioachimi à Schulenborgk.

IN prædicto templo Libroſano ad dextrũ Aræ cornu extructa eſt tumba monumenti lapideo paulò editior, cui impoſitæ ſunt 4. ſtatuæ viriles itidem lapideæ nimirum Ioachimi primi;

mi, eiusq; à tergo Richardi & Matthiæ F F. & poſt hos Ioachimi ſecundi Richardi F. qui omnes cataphracti in genua procumbunt, manibus ad orandum complicatis & faciebus ad Orientem verſis.

E regione genibus innituntur duæ Ioachimi primi vxores, eo habitu, quo in Germania vtuntur matronæ nobiles tempore luctus, & ante eas quatuor Ioachimi filiæ, è prima coniugæ ſuſceptæ. Dextrum earum latus claudit Brigitta nata ex equeſtri & nobili Schonbergiorum familia Richardi vidua, habitu itidem lugubri.

Latus tumbæ meridiei obuerſum exornatur tabula è marmore nigri coloris, cui inciſum Epitaphium Ioachimi Schulenburgii literis inauratis affabrè ſculptis vt ſequitur.

IEHOVA.

*Et diuis manibus memoriæq; æuiternæ.*

Domini Ioachimi à Schulenburg Richardi filij, Domini in locnitz, Lubenavv, Liberoſa, Straupitz, Apenborgk, Bezendorff, Pencun, Zauchen, Zepzin, VVeſterborgk, olimq́; Electoris Brandenburgici & ducum Pomeraniæ conſiliarij Prouincialis, viri antiqui generis amplitudine adeoq́; nobilioris proſapiæ excellentia florentiſsimi, omni virtutum genere ornatiſsimi, affluenteq́; fortuna clariſsimi Anno 1522. Cal. Octob. 16. ante quartam matutinam Pencuni bono publico nati.

Anno autem 1594. Cal. Octob. 13. poſt ſecundam pomeridianam Pencuni omnium ordinum luctu denati & demum in hoc conditorium obſeruantia nouiſsimæ voluntatis delati, Richardus à Schulenborg H. M. F. F.

## EPITAPHIVM.

Siſte, viator iter, ſolido de marmore cæſum
Hoc, Mauſolæum, vicerit artis opus.
Aſpice, vt artifices, fatum, fortunaq́; diues
Certet, & ingenij vincat ab arte vigor.
En hic viuificæ forma ſuperante figuræ,
Spiranteſq́; genæ, viuus in ore color.

Admi-

Admiranda quidem moles : ſed condita virtus
Maior ; vt affingi neſciat artis ope.
Clauditur Auguſto magnum ſub marmore corpus,
In quo templa Deus, ſtruxit & alma fides.
Canicie Auguſtum pectus : data gratia vultu,
Suada labris, pietas corde, genisq; pudor :
Relligio, Candor, virtutum exercitus omnis,
Hic ſibi coniunctas applicuere manus.

Nunc in porrecto, placidè ſopita quieſcunt
Corpore : corpus humum ſpiritus aſtra tenet.
Richardo genitus, Sophia de coniuge gignit
Pignora ſena : Solo bina, quaterna polo.
Hinc viduo miles lecto, progreſſus in hoſtem
Ære ſuo, Hiſpano, ſub duce bella gerit.
Inde redux thalami ſociam ſibi iunxit Eliſam
Et ſterili vixit, bis tria luſtra, toro.

Arx erat & caſtrum Muſis, inopumq; patronus
Cæſaribus Neſtor, principibusq; comes.
In ſenio largus, nulli grauis, omnibus vſu ,
Iura foro ſtatuit, templa ſcholasq; Deo.
Bis ſeptem luſtris binos ſuperaddidit annos
Totaq; ſic forti eſt vita peracta viro
Virtutum exemplar, generisq; illuſtre reliquit
Richardum : hoc viuo fulget honoris apex
Iſta viator, erant, quorum ne neſcius eſſes
Tuta quies cineri ſit, rediuiua ſalus.

*Orientale verò prædictæ tumbæ latus habet & ipſum tabulam marmoream eiuſdem coloris, in qua Richardus niſi mors eum præueniſſet, incidi voluiſſet ſequens tetraſtichon.*

*Cui pietas ortum cui fert ſpes credula mortem*
*Qui potuit naſci ſanctius atq; mori.*
*Id Ioachime pater ſiquidem tibi fata dederũt.*
*Faxit Ioua pari ſpeſq; fideq; ſequar.*

*Tumbam præmuniunt cancelli ferrei, capitellis, lilijs, ſphærulisq; mirè elegantibus ornati, & coloribus inducti, quorum precium DCC. drachmas facilè exuperat.*

*Cæterum ſupra tumbam, quam deſcripſimus, extructum eſt ipſum Epitaphium, intra duas templi pilas muro adhæreſcens ſeptentrionali, ex interraſo marmore factum elaboratumq; tanta arte, magnificentia & ſplendore, vt multorum regum & principum Epitaphijs haud cedat. Eius hæc eſt ſtructura.*

*Ima parte Chriſtus Dominus ſacram cœnam celebrat, cum diſcipulis. Hinc in eminentiarum interſtitio, quod in areolas diſcriminatum eſt, ſculpti ex ordine ſunt. 1. Lucas Euangeliſta. 2. Natiuitas Chriſti. 3. Chriſtus*

orans in monte olueti. 4. Captiuitas Chriſti. 5. Baptiſmus eiuſdem in Iordane. 6. Iohannes Euangeliſta.

Eminentiarum interſtitio ſuper impoſita eſt tabula Alabaſtrica ampla & ſpecioſa admodum, in qua exciſus eſt I.N.R.I. pendens in cruce inter duos latrones, ingenti ſpectantium multitudine vrbe Hieroſolyma circumfuſis.

Supra tabulam Aalabaſtricam rurſum inſertæ ſunt Eminentiæ, in quibus ſculpta ſunt Ioachimi I. & duarum eius vxorum; itemq; Richardi & coniugis ipſius octo maiorum inſignia gentilitia: additis decem Angelorum capitibus inauratis, & ab vna parte fidei, ab altera ſpei ſimulacro, ex marmore candido affabrè elaboratis.

Eminentias, quas dixi, ſuffulciunt 4. columnæ interraſiles ex marmore atri coloris, hinc & hinc amplexantes tabulam Alabaſtricam, binæ quidem à dextra & poſt eas Adami ſtatua vnda; nec non occaſum verſus ſtatua Iohannis Baptiſtæ cum Phœnice: à ſiniſtra iti-

dem binæ, & poſt eas ſtatua Euæ; nec non ortum verſus ſtatua Moyſis cum Pelicano.

Porrò Eminentijs hiſce, quibus tabulam Alabaſtricam terminari diximus, rurſum impoſitæ ſunt aliæ tabulæ Eminentiæq́; Paulò minores, in tres turriculas tanquam conos deſinentes.

Harum turricularum media, eaq́; altiſſima, primum habet apparationem Chriſti, manifeſtantis ſe in horto Mariæ Magdalenæ ſpecie hortulani, & à dextra. Matthæum, à ſiniſtra Marcum Euangeliſtas. Secundo reſurrectionem Chriſti manu tenentis trophæum, cuſtodibus circũ circa ſomno conſopitis: & duas hinc columnas porphyreticas.

Tertio aſcenſionem Chriſti in cœlum. Quartò Chriſtum iudicem inſidentem Iridi, & pedibus prementem mũdum iudicandum, aſſidentibus à dextra quidem Ioſepho, à ſiniſtra verò Maria matre, & duobus hinc & hinc aſtantibus Angelis cum tubis inauratis.

Secunda turricula dextram verſus hæc exhibet ſpectanda. Primò depoſitionem Chriſti de

de cruce, & ab vtraq; parte columnulas marmoreas varij coloris. Secundo tres Marias viſitantes Chriſtum, in orbiculo inciſas, cui à dextri Charitatis, à ſiniſtra Fortitudinis ſtatua adſiſtit: apicem orbiculi occupantibus 3. Angelis inauratis.

Tertia turricula exornatur primò figura depoſitionis Chriſti in ſepulchrum, additis vtrinq; duabus columnis marmoreis varij coloris. Secundo miſsione ſpiritus Sancti, ſpecie viſibili ignearum linguarum effuſi ſuper Apoſtolos, in orbiculo itidem expreſſa, vna cum Temperantiæ & Iuſticiæ ſtatuis: apicem orbiculi occupantibus 3. Angelis inauratis.

Tam affabrè autem & ſubtiliter ſculpta elaborataeq; ſunt omnia, vt verè affirmare poſſim, nullum me vidiſſe monumentum ſplendidius aut elegantius, præter Maximiliani I. Imperatoris, quod Oeniponti, & Electorum Saxonicorum, quod Friberga viſitur.

## Donati Buſſeri.

# AVSPICIIS IEHOVAE.

DOnatus Buſſerus, Sorauienſis, I. N. D. Comes Palatinus, Eques auratus, & ciuis Romanus:

D. Iohannis Buſſ. Generoſi D. Sigefridi Lib. Baron. à Promnitz Conſiliarij intimi & Sorauienſium Conſulis, minor natu filius:

D. Donati B. Nepos, & D. Nicolai B. Pronepos, Comitum Palatinorum, Equitum Auratorum, & ciuium Romanorum:

Sacræ Cæſariæ Maieſtatis, Rudolphi ſecundi ſemper Auguſti Cameræ in Marchionatu Luſatiæ inferioris Procurator ſolertiſſimus.

Lectiſſ. virginis Eliſabethæ, viri Magnifici Dn. Martini Krumkrugeri V. I. D. & ſacr. Cæſ. Maieſt. Conſiliarij, eiusq; Cameræ per vtramq; Sileſiam Procuratoris Filiæ, ſponſus de futuris nuptijs ſolicitus:

Febri correptus, ex hac militante, in æternam & triumphantē Eccleſiam inter complexus amiciſſ. placidè conceſſit, Anno Chriſti M. D. CI. Menſ. Apil. Die II. iuxta nouos faſtos inter 1. & 2. noctis horam.

Vir ſplendore generis, eruditione, ſapientia,

*tia, & autoritate præcellens, veritatis deniq; & virtutis cultor maximus:*

*Hoc poſtremo pietatis monumento ab amico veteri Balthaſare Mencio, Saxone, M. & P. Coron. in acerbo luctu condecoratur.*

O rigidas leges! ô fixa trabalibus vncis.
Fata! ô immitis triſtia iura necis!
Quod neq; maiorum neq; propria gloria quenquam
Vindicet à telis mors truculenta tuis.
Buſſerus, clarum gentis quem fecit auitæ
Gloria, quem virtus vexit ad aſtra poli.
Eheu iniectu vilis tumulatus arenæ
Hic iacet, in glebas ſoluitur atq; putres.
Ille quidem doctam famaq́; ſuperſtite claram,
Progeniem poſſet dinumerare ſuam.
Scilicet vt proauus nec non auus inclyti in vrbe
Romana ciues, vt Comites, Equites.
Inſignes fuerint, vtq; his pater ortus Ianus
Prudenti conſul rexerit arte Soram.
Dicere ſe poſſet, quod tantum nomen auorum,
Quod tantum haud paſſus ſit periiſſe decus.
Quod virtute ſua, quod multis artibus, hoſce
Tam magnos clarosq́; exuperarit auos.
Non modo enim ciuis Romanus, Equesq́; Comesq́;
Aſt in iure etiam Doctor vtroq; fuit.

*Quin etiam ſolitus curare negocia magni*
*Cæſaris, & cauſas dicere ſolicitas.*
*Iamq́ue puella decens & pleno nubilis æuo.*
*Illius in dulces geſtijt ire toros.*
*Cum cæptis mors dira bonis contraria, vertit*
*Lætitiam in luctus triſtitiasq́ue graues.*
*Mors neque lugubres Sponſæ miſerata querelas,*
*Nec generis quicquam ſtemmata reſpiciens.*
*Maiorum atque ſuæ florentem nomine laudis*
*Buſſerum ad nigras compulit ire domos.*
*Compulit ire, ſed haud vna nomenq́ue decusq́ue*
*Obruit; illa volant docta per ora virûm.*
*Quare non opus eſt nimis vt doleamus ademtum*
*Æternos ſiquidem viuit hic vſque dies,*

Sepultus Lubenæ Luſatiorum in ſummo templo ante aram non ſine multorum lacrymis.

## Mariæ Magdalenæ Lyrin.

## Grabſchrifft/

DEr Erbarn/Thugentſamen/ vnd Gottfürchtigen Frawen Maria Magdalenen Mentzin/

tzin/ deß Erbarn vnd Namhafften Niclas Lyren Bürgers allhier zu Wittenbergk/ hinterlaſſener Wittwen/ welche jhr Balthaſar Mentzius von Nimeck/ der Philoſophiſchen facultet Magiſter/ vnd *Poeta Coronatus* auß Brůderlichem trewen hertzen/ wegen vielfeltigen erzeigten Wolthaten/ zu ſonderm Danck/ Lob vnd Ehren alſo geſtellet/ do ſie Anno 1601. an einem hitzigen Fieber tödtlichen kranck gelegen/ vnd abzuſcheiden geachtet werdeu.

Schaw hier Chriſtlich begraben leid
Deß Niclas Lyren Ehr vud Frewd/
Mari Maglen geboren recht/
Auß der Meutzen ſtam vnd Geſchlecht.
Welches in Engern vnd Sachſenland/
Ob Ehr vnd Thugend wolbekandt.

Ihrn

Jhrn Eheſtand fürt ſie keuſch vnd rein/
Zeugt zwē Söhn vnd ein Tochter fein.
Den Jüngſten doch der zeitlich Todt/
Vier Järig hingeriſſen hot/
Die andern beid ſie Gott dem HErrn/
Erzogen hat zu Lob vnd Ehrn/
Gott erhalt ſie in ſeim befehl/
Behüt jhr Leib/ Ehr/ Gutt vnd Seel.
Als kam die zeit jhrs Lebens ziel
Zu ſcheiden ab durch Gottes wil/
Hat ſie jhr Seele recht vertrawt/
Dem HErrn Chriſt/ auff den ſie bawt/
Nach dem ſie Wittwe geſeſſen war/
Gantz müheſelig ins elffte Jahr.
Gotts Wort/ ſie gerne laß vnd hört/
Die Kirchendiener liebt vnd ehrt.
Auch jhrm von Gott beſcherten Mann/
Getrewe war vnd vnterthan.
Jhr Gſchwiſter/ kranck/ vnd arme Leut
Mit raht/ troſt/ vnd mit hülff erfrewt/
Wie ſolches zeugen Jung vnd Alt/
Chriſtlich in Ehren mannigfalt/
Deß wird ſie fort bey Gott dem HErrn/
Auch leuchten wie der Morgenſtern/

Am Jüngſten Tag im Ewign Lebn/
In groſſer Frewd vnd Ehren ſchwebn
Die jhr erworben Chriſti Blut/
Vnd allen Gleubign kömpt zu gut/
Die Spötter die ſolches nicht betrachten/
Jhrn Nechſten leſtern vnd verachten/
Die Zhen Gebott in Wind thun ſchlan/
Den wird das Helſche Fewr zu lohn/
Drumb fürchte Gott/ hoff mit gedult/
An tag kömpt entlich dein vnſchult/
Wer in dem Glauben fehrt von hin/
Dem iſt der Tod ein Schlaff vnnd Gwin.
Er bleibt auch Gottes Erb vnd Kind/
Der Leſtrer vnd ſein Gutt zerrindt.

## Saræ Venceliæ.

### D. O. M. A.

*SPectata pudicitia, fide, pietate, moribus & vitæ ſanctimonia nobiliſsimæ matronæ, Saræ Fenceliæ, Antuerpianæ, nuptæ 1. Donato Mollero, Croſſæo, Deinde Eleaſaro Ieniſchio, Auguſtano, viris honoratiſsimis, & inclyte*

 Hambur-

*Hamburgæ ciuibus optimis, quæ in religioſa filij Dei inuocatione placidè obijt, Anno 1601. Die Menſ. Octobris Hacq; in æde D. Petri ad latus Molleri contumulatæ: Hæredes ſuperſtites Elcaſar & Dauid Ieniſchij maritus & filius, Sara & Anna Möllerinæ filiolæ mæſtiſſ. memoriæ ergò M. H. F. C.*

*Sara ſub hoc tumuli caſtiſſima conditur antro,*
*Et ſomnum, petijt quem ſibi viua, capit.*
*Donati vxor erat, Molleri principis inter*
*Ciues Gambriuies non ſine laude ſuos.*
*Fæminea huic genuit, teſtes, duo pignora amoris*
*Mox cæpit viduum flere relicta torum.*
*Sed cum ſat lacrymis, fideiq; viroq; dediſſet,*
*Ieniſchio facta eſt SARA marita viro.*
*Ex quo coniugio genitori maſcula proles*
*Naſcitur, at genitrix mortis adiuit iter.*
*Interea nobis abiens exempla reliquit,*
*Quæ poterit tuto fæmina quæq; ſequi.*
*Fulſit in hac pietas, præclara modeſtia, mentis*
*Dexteritas, ſanctæ dona pudicitiæ.*
*Pectora virtutis quaſi templum ſancta fuerunt,*
*Idq; Deo propter nunc magis ipſa placet.*

*M. Balthaſar Mencius P. L. deſiderij & recordationis ergò F.*

*Baltha-*

# Balthaſaris Sommeri D. M. D. O. A.

## Hoc monumentum.

*CL. V. Dn. Balthaſari Sommero, Philoſophiæ ac, Medicinæ Doctori & Phyſico Torgenſium præſtantiſſ. qui placidiſſimè obijt in complexu ſuorū, An. Chriſti 1602. D. 6. Iulij: Paulo poſt 8. veſpertinā, liberi mæſtiſſimi Balthaſar & Iuditha ingentium beneficiorū memores obſeruantiæ erga benemeritum P. P. C.*

*Quem nuper placido cum lumine vita reliquit,*
*Sommerum vlterius, noſcere ſi quis aues;*
*Hanc tabulam percurre oculis: faſtigia vitæ*
*Balthaſari paucis exhibet illa tibi.*
*Editus eſt Torgæ cœli melioribus aſtris,*
*Cum niueo extulerat ſe nouus annus equo.*
*Cuius poſt ortum Turca obſidione Viennam.*
*Preſſit & Auſtriacis plurima damna dedit.*
*Hunc vt opum voluit pater, & virtutis auitæ,*
*Sic ſimul hæredem nominis eſſe ſui.*
*Dum forma fuit inſignis viridiq; iuuenta.*
*Leucoris hunc Claria pauit alumna dape:*
*Iamq; vbi Palladias Caſciq; Machaonis artes*
*Imbiberat, titulis auxit honorificè.*
*Vitæ luſtra ſuæ cum ſeptem impleſſet, & annum*
*Coniugij nunquam vincla pigenda ſubit.*

*Juditha ante alias præſtanti corpore nympha*
*Ducitur huic claro proſata ſeminio.*
*Burchardi, Dominas cui patria Torgo ſecures,*
*Et dederat medio ponere iura foro.*
*Hinc Dux Lidnitios Summerum Henricus in agros*
*Functurum Archiatri munia honora, vocat*
*Patria ſed proprium, lapſis bis quatuor annis,*
*Ceu poſtliminij iure, decus repetit.*
*Illam conſilijs & dexteritate medendi*
*Vtiliter ſeptem iuuit Olympiaſin.*
*Et tandem ad plures æui maturus abiuit:*
*Redditus vxori poſt tria luſtra ſuæ.*
*Quæ pueros peperit quinos totidemq; puellas*
*Pleraq; ſed ſoboles decidit ante diem.*
*Hanc poſuere ſuo Juditha & Balthaſar vni*
*Qui ſuperant, tabulam pro pietate patri.*

M. Balthaſar Mencius amico & hoſpiti opt. merito amoris ergo.

## PETRI RANZOVII.

### Equitis Holſati.

*PEtrus Ranzouius Goſcij F. Antonij N. Dominorum in Nyenhouæ &c. Dominus & Hæres in Troieburg, Arensburg & Schirenſee: Vir ſupra nobiliſsimi generis amplitudinē maturæ prudentiæ, eximiæ eloquentiæ, dignitatis, & om-*

& omnium præſtantium virtutum laude præcellentiſsimus: inclyti Regis Daniæ Friderici II. quondam Conſiliarius præcipuus, & arcis Flensburgæ per annos viginti præfectus digniſsimus: in diuerſis ad Germanici imperij Electores & proceres ſuſceptis legationibus, atq; in grauiſsimis & ad publica patriæ commoda directis negocijs, omnium bonorum approbationem promeritus: Arcium Troieborg & Arensborg, ædis ſacræ elegantiſs. forma exædificatæ, & adiunctarum duodecim habitationum ad pios vſus & perpetuis reditibus annuis ad ſubleuandam ærumnoſorum ſenum inopiam in pago VVoldenhorn Fundator, Templi itemq; Troieburg reſtaurator munificentiſsimus: Haderslebij A. C. M. D. XXXV. Die Antonij in lucem editus: Coniugum duarum, prioris Catharinæ von Damme, Ottonis in Sebeſtet; Poſterioris Margarethæ Ranzophiæ, Pauli in Siggen F. F. maritus cum vixiſſet annos L X V I I. Menſes V I I I. dies X. in arce S. Arensburg placido & beato fine vitam in terris clauſit, An. nouiſs. temp. M. DC. II. D. Sept. X X V I I.

# EPITAPHIVM.

NObile nobilium decus & laus ſumma virorum
Exuperans morum nobilitate genus
PETRVS & ingenio præſtans RANTZOVIVS acri
Clarus & eloquio conſilioq; fuit,
Magnarum ſpecimen virtutum, gloria ſecli
Patris honos, matris fama, corona domus.
Qui ſibi coniugij CATHARINAM fœdere DAMMEN
Iunxerat, hanc citius ſed reuocante Deo.
MARGARIDEN Duxit RANTZOA ſtirpe creatam
Proſper vtroq; toro munere CHRISTE tuo.
Publica priuatis qui commoda prætulit actis
Præſtans præſtantis inter habere locum.
Patris amor patriæ FRIDRICI regis, & autor
Conſilij, patriæ creſceret vnde ſalus.
Bis duo luſtra vigens Flensburgæ ſtrenuus arcis
Præfectus geßit munia magna Dei.
Sæpius imperij proceres Legatus adiuit
Et ſpectata fides integritasq; viri eſt,
Debet Amsburgæ Troiæburgæq; celebus
Splendor huic nitidi quic quid honoris habet.
Ceu quoq; forma ſacræ, quæ pulcrior emicat ædis,
Tecta bis atq; vſus addita ſena pios.
Perpetuosq; ferens reditus ſors promta quotannis
Ærumnoſorum fata leuare ſenum,

Sunt

*Sunt alij teſtes, eſt VVoldenhornia teſtis:*
*Talem Heroa mori grata Camæna vetat.*
*Quid melius: maiuſue poteſt contingere mundo*
*Cognitione Dei, cognitione ſui.*
*Et meritis in templa, inopesq́; focosq́; paternos?*
*Veram viua viam ſternit ad Aſtra fides.*
*Verè felices igitur vereq́; beatæ*
*Diuitiæ, quarum laus ea, ſplendor, honos.*

Iohannes Frederus D.

## PETRVS RANTZOVIVS

per διαλόγισμον ἀναγραμματιζόμενος.

*Per Zonas tu? Virtus.*

*INclyta belliſonum Cimbrorũ gloria: nomen*
*Qui geris ex catavis nobile RantZoviis;*
*Dic age, cum vitam mutáris morte, remotas*
*Per Zonas celebris tu tamen uſque voles?*
*Expediã: in terris mea vivit inobruta virtus,*
*Et Zonas ultra, & ſolis utramq́; domum.*
*At tu qui tranſis, virtutem extendito factis,*
*AEternat virtus cum pietatate viros.*

Iohannes Poſſelius.

# EPITAPHIVM.

## Quod Balthaſar Mencius M. & P. Coronatus, huiusq; libelli autor Romæ læthaliter decumbens ſibiipſi fecit.

*PArcat liuor iners tenebris, & morte ſepulto,*
*Cuius nunquam vlli vita moleſta fuit.*
*Stemmate Menciades, patria ſum Saxo, Camœnis*
*Ars mea & æterno ſeruijt vsq; Deo*
*Scis iam, qui fuerim; Quis tu ſis, neſcio, lector,*
*In tenebris: Ipſum te, rogo, noſſe velis.*

# ALIVD.

## Quod VVitebergæ ſibi ſcripſit.

*QVi legis hæc, tacito ore legas; ne forte moleſto*
*Clamore in curas membra quieta voces.*
*Balthaſar hac ſomno poſuit ſe Mencius vrna,*
*Recludat reducis dum tuba buſta Dei.*

*Is lo-*

*Is loca luſtrauit virtutum accenſus amore,*
*Quæ Teuto, Pæon, Sarmata, Boius arant.*
*Hinc adijt Romã & peragrato fornice montis*
*Pauſilypi, Andinos conſtitit ad cineres.*
*Inde pedem referens infauſto ſidere Romam,*
*Dura Pio Quinto, fata minante tulit.*
*Sed tandem eripuit fidei vis dia tenacem;*
*Leucoreus reduci præmia Apollo dedit.*
*Cœlum pro terris nunc ille peragrat & aſtra;*
*Quamq́, olim patriam ſæpè petiuit habet.*

## Pſalm. XXVII.

*Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ: Vt videam voluptatem Domini, & viſitem templum eius: &c.*

Bonorum Memoria Sempiterna.

# AGASO.

MErcatum pariter tendentes, inter eundum
Ducebant Aſinum filius atq; pater.
Obuia quos pedites deridens turba, quid itis
O fatui, vacuus cum ſit aſellus? ait.
Annuit, atq; iubens aſinum conſcendere natum,
Ipſe pater pedibus pone capeſſit iter.
Altera turba ſequens, Quanta indulgentia patris!
Quæ nati impietas mollitiesq;? refert.
Fili cede ſeni, defeſſo cede parenti,
Ire decet iuuenes, eſt equitare ſenum.
Mox pater aſcendens aſinum, deſcendere natum
Rurſus &, vt populus iuſſerat, ire ſinit.
Vix benè progreſſos iam tertius ordo, tenellis
Parcendum pueri cruribus eſſe monet,
Et nimis in ſobolem rigidum putat eſſe parentem,
Cum geſtare ſimul mulus vtrunq; queat.
Tum ſimul incumbunt aſino natusq; paterq;,
Omnibus & factum iam ſatis eſſe putant.
Sed iam quarta ſequens at iniquior omnibus illis
Turba, vide cauſam criminis vnde petat.
Illa miſerta aſini clamat, Miſerùmne furentes
Suppreſſum penitus vultis vterq; pecus?
Sic ne forum petitis? precium decedet aſello,
Si quis erit, vobis emtor iniquus erit.

Tum

Tum pater incertus, Quid agendum nate, vel vni
Vt modò cenſori ſat faciamus? ait.
Reſtat, vt hinc aſinum geſtemus, filius inquit,
Forſitan, hoc ſaltem qui probet, vnus erit.
Dixit. Quadrupedemq́; ligant, humeriſq́; receptum
Iam portant aſinum filius atq; pater.
Vt malè ſudantes ſub iniquo pondere cernit,
Obuia quæ feßis proxima turba fuit.
Hæc vero exclamat, Quæ vos dementia cœpit?
Cur aſinum geritis vos bipedes aſini:
Tum pater impatiens, Quid agamus deniq; fili,
Iudicijs hominum quò placeamus? ait.
Duximus, alternis equitauimus, iuimus, ambo
Geßimus. At populus, quod reprehendat habet.
Quid moror? impaciensq́; aſinum deturbat in vndis,
Cauſaq́; culpandi ſiccine ceſſat? ait.
Sed noua continuo cauſſatus nomina culpæ
Hic quoq; quæ carpat, plurima Monus habet.
Carnificem vocitans crudelem inſontis aſelli,
Perdere qui demens ſeq́; ſuoſq́; velit.
Inuidiæ plenum, qui non donarit amicis,
Quod ſine ſpe lucri prodere maluerit.
Iniuſtum, cuius res publica nomine damnum,
Quam multos aſinos proſit, habere ferat,
Qui non iumento ſolidam detraxerit antè,
Putrida quàm fieret piſcibus eſca, cutem.

*Accuſant alij, quòd tot ludibria paſſus*
*Non in aquas dederit ſe quoq; præcipitem.*

*QVisquis in officio es miſer atq; afflictus agaſo es,*
*Agmina cenſorum qui noua ſemper habes.*
*Hic culpauerit hoc, alius culpauerit illud,*
*Peccas, ſeu ducas, ſiue geras aſinum.*
*Ne tamen impatiens cedas à tramite recti*
*Conatus cunctis velle placere, caue.*
*Nemo vnquam placuit, nemo placet omnibus vnquam,*
*Nemo ſatis fecit, nemo ſatis faciet.*
*Si te vana premit cenſorum turba, nec vlla*
*Iudicijs hominum parte placere potes:*
*Ipſe placere tibi ſtudeas bene conſcius, & cum*
*Diſpliceas mundo, diſce placere Deo.*
*Conſcia propoſiti recti mens optima teſtis*
*Omne Deo ſuperat iudice læta malum.*

Fridericus VVidebramus. D.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0158-0

A – C. D – F

Albinus, Pet. III, 61 ff.

Ulstromannus, J. II, 18. Deffstetter, ass. 89.

Albertus, Sal. II, 111.
Alectes, Ab. III, 28.
Arend, Ep. II, 28.
Berpert, Andr. III, 57.
J. Baumgarten, 109.
J. Berger, Sch. III, 60 II, 80
Brandt, J. 85.
a Bernstein, J. Abr. II, 88.
a Bermitz, Ups. III, 26.
Brundenfark, bp. II, 21.
Bugenhaw, Cath. III, 65.
Burmia, Ups. II, 111.
J. II, 30.
Bugenhagen
; Sara II, 29. III, 29.
Canzemitz, II, 40.
a Canstein, Rab. 116.
a Calixtus, Thom. II, 110.
Cracovius, G. II, 21.
; Sara II, 40. III, 29.
Cranach, Luc. II, 10. III, 26.
III, 45.
C... II, 26.
C... III, 18.
III, 1
III

Drachstatt, J. II, 83. III, 116.
J. Dornitz, Martha 107.
Dornhofer, Jr. II, 58
Dr... J. II, 54
D... III, 51.
Eßrich, P. II, 67. Jan. III, 30
Eber, ... II, 86. III, 34
Eberhard, Jos. 114.
Engel, Jos. 114.
Erbar, N. II, 13.
Ezelius, ... II, 74.
Faber, J. 119.
Ant. 119.
Farbus, Bs. II, 15.
Fidmius III. 66.
Forster J. II, 29.
Fend, Melch. II, 50. III, 31
Froschel, Jo. II, 75.
Freind, Cath. II, 85
Fasold, Melch. III, 22.
Frobkesser, Jos. III, 31
Freuni, Kp. III, 40
Franciscus, J. III, 42.

G – J.


Gigenberger, Ad. III, 47.
Göda, Henning 63.
Grobius, Jac. III, 44.
a Gundrod, Apool. III, 21
Grosser, P. III, 45.

Haller, J. Jac. III, 38.
Hanoko, Nic. III, 43.
Hellinger (Heilinger) Thom.
Helwick, Aug. II, 76. { II, 76. III, 65.
Herman, J. II, 51.
Hetzer, Anna II, 86.
Hopenfelder, Mar. II, 78.
Hundt, J. 57.
Hertzog, J. III, 51.

Johann Luk. 67

Jungwert Cp. II, [illegible]

Kappenstetter [illegible] II, 18
Kelner, II, 43. Krapp, Cath. III, 20
Kirche J. v. Apollonia II, 42
Kaltner Nic. II, 69.
Kling Melch. III, 41.
a Lamberg, Greg. II, 28.
Lebing, Mt. III 28.
Lufftung Nic. III, 34
Limes, [illegible] III, 26.
Lindner Walp. II, 30.
Lindemann, Kp. II, 19.
Luft, J. III, 60.
Lupinus, Mt. 65.
Luther, Mt. 69. 72. A. III, 31 / III, 23
Marcellus, Gallus [illegible] II, 35.
Major, G. 99. [illegible]
Matthaeus Greg. III, 20.
Melanchthon Ph. [illegible]
Menius, [illegible] 99.
Meyer, Matth. [illegible]
Maier, Margaretha II, 83
Matthiae, Georg II, 98. III, 36
a Mosham Marg. 99. III, 48
Müller, Gallus Marcellus II, 50. Jacob III, 78.
a Miltitz, G. II, 115
Metia, Marg. II, 16.
Marschalk, Nicolaus III, 17.
Milich, Jac. III, 25. 32.
Matthaeus, [illegible] III, 27.)
: Marg. III, 28.
Monster, Anis. III, 29
Moschowitz, Susanne, III, 32.

Nerdel, Pt. III, 25.
Naevius, Ieron. II, 113.
Nimerius, G. II, 43. 86.
Vra II, 45.
Nirnis, J. III, 19 [illegible]
Oldenhorst, Fr. II, 52
de Osten J. II, 17.
Otto, Pt. 120.
Örtel, Vitus. II 39, 103.
III, 26
Oeder, Elisab. III, 46.
Palsmann, Elis. II, 57.
Pfeffinger, Dyhl. 63.
Pollickus, Mt. II, 16.
Pontana, Euphros. II, 103
Praetorius, Gottschalk II, 82.
Primk, Kp. II, 37.

Ritter, Val. [illegible] III, 63.
Rollius, G. III, 69.
Rosa, Ant. III, 24
Rentmann, J. 120.
Richardis, J. II, 111.
J. Rhagius Aesticampi. II, 18
a Rotenberg, G. II, 108
Robel, Joach. 87.
Rüdinger, Esrom. II, 41.
Roth, Sb. II 28
Elis. II, 28.
Schlichtelius, Kp. II, 37.
Schneidewein J. 96.
Saltbach, Mt. II, 85.
a Schleinitz Cas. II, 94
de Schönberg, [illegible] 103 ff
Schramm, Cp. II, 27. [illegible] II, 85
Elis. II, 66
Schultz, [illegible] III
a Schulenburg, Mthi. II, 61.
v. Sachsen, H. 59 [illegible] III, 56
Schnierchus, G. II, 95. Ant. ibid
a Seidlitz N. II, 97.
Schurf, Agnes III, 17. Aug. III, 18
III, 26
Spiegel, Mt. II, 17
v. Staupitz, Hs. II, 81
Sturio, J. II, 47.
Stumpfel, [illegible] II, 83

T–V

Tanger, Cath. III, 67.
Theodoricus, Sb. III, 26.
Thumelin, Marg. II, 20.
Tileman F. II, 112
Tilemus, G. 117.
Teuber, Mich. III, 52. ff
: Andr. III, 66.

Vogel, Bm. II, 59. III, 32. 34.
Voit, D. II, 107.
Mel. III, 69.
Volckmar, J. G. 121

Walther, Anst. III, 19.
v. Warleben, Ana II, 81
a Walwitz, G. 85.
Sb. 86. 88. 103.
Wesenbeck, Matth. 113. III, 35.
v. Wettin, Kgr. 107.
: E. III.
Winshemius V. II, 34.
a Wolxowitz, Marg. 85.
Winterkamp Hm. II, 96.
Wormann, Fr. 120.
v. Wittenau Cp. II, 105.
Wendler, Val. III, 33.
Widebram, F. III, 38.
a Weihe, J. F. III, 66.

v. Zaschnitz, Anst. 87
a Zetteritz, J. II, 101.
Zoch, Lr. 22.
Zulsdorf, ... II, 74

Nachtrag

B.

Bezold, J. III, 68.

Burchard, K. III, 25.

Fluth, J. III, 47.

Fridess, Ludmild III, 61

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0163-8

Madinus, Andr. III, 65.
Mair, G. III, 49.

Meier, Ed. III, 42
Meltwitz Maria III, 39 Scheufstal, J. III, 49.
Metzger, G. III, 58.

Mozius, Huldr. III, 59.

Pfinzinger, Barbara III, 49.
Pfreundt Kp. s. Freund

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0164-4

Ye 2654

ULB Halle 3
003 896 102

Sb.

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-68505-p0165-9

...ste. Et R̃. Om̄.

Hec m... hū gg'orij.

...s vobis: ut diliga

tis invicem. Ac per

hoc intelligere debem[us]

hunc fructum man

de qua ait. Ego vos

elegi ut eatis ⁊ fructu[m]

afferatis: et fructus

vester maneat. Et q̄

...dummodo ... quadam

---

nō ficta. Hac dil[ectione]

diligamus deum. Tu...

Quia non di[l]... Ri

lectione diligere in

vicem: nisi dili[gen]

tes deum. Diligit

unusquisque prox[imum]

suum tamquam se

metipsum diligit...

Nam si deum non...

LIBER C…

# CONT…

EPITAPHIA…
TEBERGAE…
SANCTO V…

Colle…

BALTHAS…

C…

*Proſequimur mœſtis alio…*
*Forſan erit noſtræ n…*

MAGD…

Excudebat *Andreas S…*
*Kirchner…*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-501530-p0167-8